Monumenta Germaniae Selecta

ab anno 768 usque ad annum 1250.

Edidit Dr. M. Doeberl.

4. Bändchen:

Zeit Lothars III., Konrads III. und Friedrichs I.

München, 1890.
J. Lindauer'sche Buchhandlung
(Schöpping).

Monumenta Germaniae Selecta

ab anno 768 usque ad annum 1250.

Edidit Dr. M. Doeberl.

4. Bändchen:

Zeit Lothars III., Konrads III. und Friedrichs I.

München, 1890.
J. Lindauer'sche Buchhandlung
(Schöpping).

Druck der Dr. Wild'schen Buchdruckerei (Gebr. Parcus) München.

Vorwort.

Die günstige Aufnahme, welche das erste Heft meiner Quellensammlung gefunden, hat mich ermutigt, dieselbe nach einem etwas erweiterten Plane fortzusetzen. Einem mehrfach geäusserten Wunsche gemäss wurden vielen Urkunden einleitende Worte vorausgeschickt; um ferner für besonders wichtige Fragen das gesamte Quellenmaterial bieten zu können, wurden einzelnen Aktenstücken, wie z. B. nrr. XXXIX c, XL A, XLII, L, die einschlägigen Stellen aus den Scriptores teils angehängt, teils vorausgeschickt; regelmässig fanden die anderweitigen, wichtigeren Quellenstellen Aufnahme in den Anmerkungen. Ich habe mich nicht begnügt, die Literatur anzuführen, sondern habe auch die wichtigsten Ergebnisse, zum Teil den Gang der Beweisführung selbst daraus mitgeteilt. Mehreren Aktenstücken (nrr. XXXVI, XXXIX c, XL A, XLII) wurden längere Exkurse beigegeben. Diese Erweiterung, in Verbindung mit dem Reichtum der Hohenstaufenzeit an wichtigen Aktenstücken hat mich gezwungen, die Anzahl der auszugebenden Hefte um eines zu vermehren. Es wird mir vielleicht der Vorwurf des Zuviel nicht erspart bleiben; indes glaubte ich, durch die angedeutete Erweiterung meine Sammlung nutzbarer zu machen, vielleicht auch die Forschung selber etwas zu fördern.

Das nächsterscheinende Heft wird die Zeit Heinrichs VI., Philipps, Ottos IV. und Friedrichs II. umfassen.

München im Oktober 1890.

M. Doeberl.

Inhaltsverzeichnis.

Addenda et corrigenda.

Zu nr. III: Zur Doppelwahl des Jahres 1130 sind namentlich noch zu vergleichen: Das Schreiben des Bischofs Hubert v. Lucca an den Erzbischof Norbert v. Magdeburg (Cod. Udalr. nr. 246) und das Schreiben des römischen Klerus und Volkes an den Erzbischof Didakus v. Compostella (Florez, Espana Sagrada XX, pag. 513).

Zu nr. XXVII, S. 78 ist auch Ribbeck, Friedrich I. und die römische Kurie in den Jahren 1157—1159 S. 3—8 zu vergleichen.

S. 78 Z. 27 v. oben lies: 1150/51 statt 1151/52.

S. 85 Z. 10 u. 11 v. unten muss es nach Analogie der gleichlautenden Stelle im Lehensgesetz nr. XXXVII, c, S. 128 entweder heissen: honorem ... minuebant, oder: honor . . . minuebatur.

Zu nr. XXXI, S. 87 sind noch zu vergleichen: Schmitz, Österreichs Scheyern-Wittelsbacher oder die Dynastie der Babenberger (1880) S. 51—67 und Strnadt, Die Geburt des Landes ob der Enns, eine rechtshistorische Untersuchung über die Devolution des Landes ob der Enns an Österreich (1886).

S. 95 Z. 10 v. oben lies: solium statt soliam.

Zu nr. XXXII, S. 95, Anm.: Dafür, dass die Worte „regni partes", „regia auctoritas" nicht zur Annahme eines Erlasses des Gesetzes vor der Kaiserkrönung Friedrichs zwingen, verweise ich auf den in den ottonischen Urkunden öfter wiederkehrenden Ausdruck „regiae vel imperatoriae dignitatis officium", sowie auf den Mainzer Gottesfrieden (Bd. 3, nr. XVII meiner Sammlung); hier wird Heinrich IV. als „dominus imperator" bezeichnet; trotzdem heisst es vorher: „predium . . . regiae dignitati mancipetur". Dass ferner der Kausalsatz „Quoniam . . . solium regiae maiestatis conscendimus" nicht den Moment der Thronbesteigung, sondern nur die Thatsache der Thronbesteigung urgieren will, also ebenfalls nicht zu der Annahme zwingt, dass das Friedensgesetz unmittelbar nach der Wahl und Krönung Friedrichs zum König erlassen sei, dafür verweise ich auf die Ähnlichkeit der Arenga der Urkunde nr. XXIX vom Jahre 1154.

S. 98 Z. 1 v. oben lies: 20 statt 30.

S. 103 Z. 12 v. unten lies: XXXVI statt XXXVII.

Zu nr. XXXV, S. 107 vgl. auch Hefele-Knöpfler a. a. O. V, 549—560.

S. 121 Z. 17 v. oben lies: Pentapoleos statt Pontapoleos.

S. 124 Z. 19 v. oben lies: ad statt ac.

S. 125 Z. 10 v. oben: fodrum ist eine Abgabe an den königlichen Fiskus bei der jeweiligen Anwesenheit des Kaisers in Italien (Otto Fris. Gesta II, c. 15), parata dagegen die Steuer für die Verpflegung des kaiserlichen Heeres.

S. 154 Z. 17 v. oben lies: S. 171 Anm.

S. 187 Z. 20 v. oben lies: bei Pertz statt bei Brown u. Pertz.

S. 191 Z. 22 v. oben lies: pro voluntate statt voluntate.

S. 192 Z. 7 v. oben ist wohl consecrationem statt conservationem zu lesen.

S. 220 Z. 18 v. unten lies: Anfang d. März statt April.

S. 223 Z. 11 v. unten lies: Romuald statt Romuasd.

S. 256 Z. 19 u. 20 v. unten ist nach Scheffer-Boichorst zu lesen: Heinricus comes de Arnisberc, Hermannus comes de Ravinisperg. Es ist nämlich inzwischen die von Scheffer-Boichorst angekündigte Abhandlung erschienen. Dieselbe verteidigt die Echtheit der Urkunde gegenüber Thudichum, Femgericht und Inquisition (1889) S. 104—110.

S. 271 Z. 5 v. unten (mittlere Columne) lies: ecclesiasticis statt ecclesiacticis.

S. 274 Z. 14 v. oben (mittlere Columne) lies: [13] statt [16].

I. Wahlausschreiben, Speier Juni—August 1125.*)

(Cod. Udalr. nr. 225; Jaffé, Bibliotheca V, 396 f.)

A(delbertus) Moguntinus, F(ridericus) Coloniensis, O(dalricus) Constantiensis, B(ucco) Wormatiensis, A(rnoldus) Spirensis per Dei misericordiam archiepiscopi et episcopi, O(dalricus) Fuldensis abbas, H(einricus) quoque dux, F(ridericus) dux, G(odefridus) palatinus comes, B(erengarensis) comes de Sulzbach et ceteri utriusque professionis principes, qui exequiis imperatoris intererant, venerabili fratri O(ttoni) Babenbergensi episcopo hinc fraternas in Christo orationes inde fidelissimum devotae servitutis obsequium.

Postquam domnus imperator viam universae carnis ingressus est et nos exequias eius cum iusta devotione et reverentia complevimus, ipse ordo rei et temporis qualitas exigere videbatur, ut de statu et pace regni aliquid conferremus, si non abesset praesenciae vestrae consilium et aliorum principum tanto negocio utile et pernecessarium. Quam expectare quia grave erat et difficile, sedit omnium nostrum sententiae, si vestrae tantum non displicuerit concordiae, curiam in festo beati Bartholomei apud Moguntiam celebrare et, ibidem convenientibus principibus, de statu et successore regni ac negotiis necessariis, prout Spiritus sanctus aspiraverit, ordinare. Nullum tamen praeiudicium deliberationi et voluntati vestrae facientes, nichil nobis singulare ac privatum in hac re usurpamus. Quin pocius discretioni vestrae hoc adprime intimatum esse cupimus, quatinus, memor oppressionis qua ecclesia cum universo regno usque modo laboravit,**) dispositionis divinae providentiam invocetis: ut in substitutione alterius personae sic ecclesiae suae et regno provideat, quod tanto ser-

*) Vgl. Jaffé, Lothar S. 24; Bernhardi, Jahrb. d. d. G. unter Lothar v. Supplinburg S. 8 f.; Wichert, Forschungen XII, S. 65; Maurenbrecher, Gesch. der deutschen Königswahlen vom 10. bis 13. Jahrh. S. 138 f. **) Welchen Verfasser des Schriftstücks verrät diese Stelle? Vgl. das Schreiben Adalberts v. Mainz an Papst Calixt II. über das Wormser Konkordat, Jaffé, Bibliotheca V, 518 ff. („Quocirca, si per huius pactionis occasionem eandem quam prius sive graviorem ecclesia Dei debet sustinere servitutem, solum hoc restat, ut pro palma victorie de cetero subiecta sit ad iniurias contumelias et omnes despectiones ignominie.“)

vitutis iugo amodo careat; et suis legibus uti liceat; nosque omnes cum subiecta plebe temporali perfruamur tranquillitate. Contestamur etiam dilectionem vestram: ut pacem credito vobis celitus populo infra praescriptum curiae terminum et ultra ad quatuor ebdomadas ordinetis, quatinus omnibus tutior fiat concursus ac reditus; et ut curialiter, more videlicet antiquorum principum, cum propria impensa, neminem pauperum ledentes, conveniatis.

II. Narratio de electione Lotharii.*)

(Mon. Germ. SS. XII, 509—12.)

[Wegen der Ähnlichkeit des Vorganges zu Mainz 1125 mit dem Vorgange zu Forchheim 1077 setze ich hier die Worte Brunos über die Wahlkapitulation Rudolfs von Rheinfelden voraus. Bruno c. 91: Tamen quaedam sunt ibi causae specialiter exceptae, quas, quia iniuste viguerant, deberet emendare; scilicet ut episcopatus non pro pretio nec pro amicitia daret, sed unicuique ecclesiae de suis electionem, sicut iubent canones, permitteret. Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum, Romani pontificis auctoritate est corroboratum, ut regia potestas nulli per hereditatem, sicut ante fuit consuetudo, cederet, sed filius regis, etiam si valde dignus esset, potius per electionem spontaneam, quam per successionis lineam rex proveniret; si vero non esset dignus regis filius, vel si nollet eum populus, quem regem facere vellet haberet in potestate populus. His omnibus legaliter constitutis, Rodulfum electum regem Mogontiam cum magno honore deducunt. — Über die Wahl selber vgl. Paul von Bernried, Vita Greg. VII. c. 88—90, 93—98; Watterich, Vit. Pont. I, 526 ff.]

1. In curia nuper Mogontiae celebrata quid dignum memoria gestum fuerit, qualiter electio regis processerit, breviter cartae mandavimus. Congregatis igitur hinc inde principibus, legatis scilicet domni apostolici, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prepositis, clericis, monachis, ducibus, marchionibus, comitibus, ceterisque nobilibus, quot et quantos nulla tempore nostro curia ceperat — utpote quos non imperialis ut ante potestas, sed communis maximi negotii necessitas asciverat — prima die Brixinensis electus, discussa

*) Wiewohl die Narratio nicht zu den Aktenstücken gehört, habe ich sie dennoch in diese Sammlung aufnehmen zu sollen geglaubt, einmal wegen ihrer Wichtigkeit für die deutsche Verfassungsgeschichte und dann weil sie in der Schulausgabe der Scriptores fehlt. Der Verfasser ist ein unbekannter Kleriker, wahrscheinlich ein Österreicher. Dieselbe ist zuerst nach der einzigen Götweiger Handschrift herausgegeben worden von Pez, zuletzt in den Mon. Germ. hist. von Wattenbach. Über sie vgl. neben den älteren Werken von Gervais, Heinrich V. und Lothar III. und Jaffé, Lothar: Friedberg, Die Narratio de electione Lotharii (Forschungen VIII, 77 ff.) mit einer Nachschrift von Waitz S. 89; Niemann, Wahl Lothars von Sachsen zum deutschen Könige; Wichert, Wahl Lothars III. zum deutschen Könige (Forsch. XII, 55 ff.); Giesebrecht IV, 3 ff. u. Anm.; Bernhardi, Jahrb. d. d. G. unter Lothar III. S. 23 ff. nebst einem Exkurs S. 818 ff.: Wattenbach, Geschichtsquellen II, S. 223; Maurenbrecher a. a. O. S. 137 ff.

electione sua et confirmata ab omnibus, ab episcopis quam pluribus in episcopatum sollemniter est ordinatus. Saxonum vero principes ultra Renum dispositis in ripa fluminis sine numero castris honorifice consederunt, et supra eos Liupoldus marchio cum duce Bawarico cum magno militum collegio. Dux autem Fridericus adiuncto sibi episcopo Basilensi*) ceterisque Sweviae principibus, ac quibusque nobilibus, e regione ex altera Reni parte consederat, et facta seorsum principum collectione non modica, utpote qui animum iam in regnum intenderat et quasi spe certa preoccupaverat, fingens timorem Mogontiniensium, distulit ad principum venire colloquium: et paratus in regem eligi, sed non regem eligere, prius explorare volebat, quem ex omnibus principum assensus promovere pararet.

2. Convenientes igitur preter ipsum et suos omnes regni principes, gratiam sancti Spiritus hortatu domni cardinalis per antiphonam Veni sancte Spiritus invocantes, primo decem ex singulis Bawariae, Sweviae, Franconiae, Saxoniae provinciis principes consilio utiliores proposuerunt, quorum electioni ceteri omnes assensum prebere promiserunt.**) Hi itaque tres ex omnibus, tam divitiis quam virtute animi prestanciores, scilicet ducem Fridericum, marchionem Liupoldum, ducem Lotharium in concione designantes, unum ex tribus qui placeret omnibus, in regem eligi persuaserunt. Absente autem duce Friderico reliqui duo qui áderant, oblatum sibi regii nomen imperii, profusis lacrimis genibusque terrae defixis, humiliter renuebant. Hoc itaque magnum decus, et memorabile nec prius auditum, iam nostro tempore Dominus suae concessit ecclesiae, ut laicorum scilicet illiteratorum humilitas sanctissima ostenderit in maioribus non ambiendis, quam perniciose clericorum et literatorum in minoribus, magis tamen spiritalibus, ambicio dampnosa delinqueret.

3. Porro dux Fridericus ambicione cecatus, sperans sibi consequenter reservatum et quasi indubitanter conferendum, quod a duobus vidit humiliter refutatum, iam sine conductu urbem quam prius cum conductu ingredi metuebat, ingressus est, et principum conventui sociatus, in regem eligi paratus astabat. Surgens vero Mogontinus archiepiscopus consultu requisivit a tribus prefatis principibus: utrum sine contradictione sive retractione et invidia singuli quique tercio communiter a principibus electo vellent obedire? Ad quae verba dux Lotharius sicut et pridie, ne ipse ullatenus eligeretur humiliter expetiit, et eligendo cuicumque se ut domino et imperatori Romano obedire promisit.***) Idem de se marchio Liupoldus publice professus, et regni ambi-

---

*) Die päpstlichen Legaten waren Gerhard und Romanus (auch bei der Wahl Rudolfs von Schwaben waren bekanntlich päpstl. Legaten zugegen!); der Erwählte von Brixen war Reimbert, bisher Abt von St. Peter in Salzburg, der an Stelle des kaiserlich gesinnten Hugo von dem streng kirchlichen Erzbischof Konrad von Salzburg eingesetzt worden war; der Herzog von Baiern war Heinrich IX. der Schwarze (1120—26); der Bischof von Basel war Berthold. **) Die an sich doppelsinnigen Worte: decem ex singulis . . . provinciis werden durch Ordericus Vitalis erläutert: quadraginta ex vobis sapientes et legitimi milites eligantur et seorsum eant, ipsique secundum fidem suam et conscientiam imperatorem eligant. — Übergangen wird in der Narratio, dass die Majorität anfangs für Friedrich war; dies berichtet sowohl Otto von Freising (Gesta I, c. 17: cum praedictus dux (Fridericus!) ad regnum a multis exposceretur) als Ordericus Vitalis und die Vita Chunradi Salisburgensis (s. unten). ***) Vgl. mit dieser nicht ernst zu nehmenden Entsagung das Verhalten Rudolfs v. Rheinfelden bei der Forchheimer Wahl; es galt das eben im Mittelalter bei Papst-, Bischofs- u. Königswahlen für eine Anstandspflicht. (Maurenbrecher a. a. O. S. 119.) Nach der Kaiserchronik 16, 957—985 war schon früher mit Lothar über die Wahl verhandelt worden.

cionem et futuri regis emulationem sacramento a se removêre volebat. Requisitus ergo dux Fridericus, utrum ipse quoque sicut et ceteri ad totius ecclesiae regnique honorem et liberae electionis commendacionem perpetuam idem quod ceteri fecerant facere vellet, sine consilio suorum in castris relictorum se respondere nec velle nec posse asseruit; et quia ad se exaltandum principum animos nequaquam unanimes usquequaque persensit, consilium suum et aspectum curiae iam exinde subtraxit.

4. Videntes ergo principes tantam ducis ambicionem tamque violentam quasi debitae sibi potestatis exactionem, quam ante sublimationem adeo efferri dominarique videbant, ne quando sibi preficeretur unanimiter refellebant. Postera vero die congregatis in id ipsum principibus, cum abesset dux Fridericus et cum eo dux Bawaricus, requisivit Mogontinus archiepiscopus, utrum uterque nominatorum in electione principum qui aderant, refutata a se designatione premissa, concorditer et benigne in eligenda quacumque persona principum voluntati vellent prebere consensum. Quod humiliter et devote simul utique laudabant, et quasi non amplius sollicitandi sed de alio quopiam eligendo solliciti, simul in una sede considebant. Proinde cum, dimissis iam prenominatis, principes admonerentur ut communicato consilio diligenti ratione personam quererent, quam secundum Deum et honorem ecclesiae regno preficerent, subito a laicis quam pluribus: Lotharius rex sit! clamor exoritur. Lotharius rapitur, Lotharius humeris imponitur, et regiis laudibus renitens ac reclamans extollitur.

5. Principes vero quam plurimi maximeque Bawaricae provinciae episcopi rem tantam inconsulte et inpetuose factam abhorrentes, et se de sedibus suis perturbatos debita cum indignatione conquerentes, ab aliis irati secedere et prorsus a curia infecto negotio recedere parabant. Mogontinus vero cum aliis quibusdam principibus hostium, ne quis egrederetur vel ingrederetur, observari [a] precepit; istis regem suum deintus concrepando circumferentibus, illis ad laudem regis quem ignorabant déforis cum summo clamore currentibus. Tandem cum principum dissensio iam eôusque procederet ut et Lotharius de sua conprehensione vehementer iratus vindictam peteret, et episcopi pro sua disturbatione dolentes erumpere quererent; domnus cardinalis cetérique sanioris consilii principes tumultum illum vix tandem voce manuque sedantes universos ad sedes suas consiliumque redire perfecerant. Hic domnus cardinalis gratia Domini preventus episcopos seorsum conveniens, discessionis culpam in ipsos graviter intorsit, et nisi ad pacem et concordiam et ipsi redirent, et alios minus doctos sua informatione reducerent, predam, strages et incendia et quaecunque mala per hanc discessionem suboritura, ipsis ascripsit. Data demum oportunitate loquendi Salzburgensis archiepiscopus*) cum episcopo Ratisponensi pro se et honore regni honestissime disserentes, ad concordiam partes transferre laborabant, et sine duce Bawarico qui aberat nichil de rege se diffinire dicebant. Preterea de inconsulta raptorum vehementia, tam sibi quam rapto pro maiestatis honore non indebite gravissima, debitam a primatibus iusticiam exigebant. Unde factum est ut praemissa debitae satisfactionis humilitate redirent in gratiam, qui precipitationis suae culpa concitavere discordiam.

6. Accito igitur duce Bawarico, iam sancti Spiritus gratia ad unum

---

a) Pez vermutet obserari.

*) Vita Chunradi Salisb. (M. G. S. S. XI, 76): Ubi rex constitutus est Lotharius dux Saxonum, multum pro eo laborante Chunrado archiepiscopo, quia in scismate fideliter adheserat sanctae Romanae ecclesiae, cum in Fridericum ducem Sueviae cecidissent vota fere omnium principum. Der Bischof v. Regensburg ist Hartwich.

idemque studium animos omnium unire curabat, et unanimi consensu ac peticione principum iam primum Lotharius rex Deo placitus sublimatur in regnum [a]. Concordantibus itaque in electione regis universis regni principibus, quid iuris regiae dignitatis imperium, quid libertatis reginae caelestis, id est ecclesiae, sacerdotium habere deberet, stabili ratione prescribitur, et ceptus [b] utrique honoris modus, Spiritu sancto dictante prefigitur. Habeat ecclesia libertatem quam semper optaverat; habeat et regnum iustam in omnibus potentiam, qua sibi per caritatem quaecunque sunt cesaris sine cede subiciat. Habeat ecclesia liberam in spiritualibus electionem, nec regio metu extortam, nec presentia principis ut ante coartatam, vel ulla peticione restrictam: habeat imperatoria dignitas electum libere, consecratum canonice, regalibus per sceptrum, sine precio tamen, investire sollempniter, et in fidei suae ac iusti favoris obsequium, salvo quidem ordinis sui proposito, sacramentis obligare stabiliter.*)

a) Das Folgende bis de more suscepit ist von anderer Hand geschrieben. b) Mascou bessert certus.

*) Vgl. mit dieser Mitteilung der Narratio die gesperrt gedruckte Stelle in Nr. 1 meiner Sammlung nebst Anmerkung sowie den obigen Bericht über die Ordination des Erwählten von Brixen. — Die Früheren, so Gervais, Jaffé erblickten in dieser Stelle der Narratio eine förmliche Wahlkapitulation Lothars. Friedberg a. a. O. hat zuerst aus der Regierungsthätigkeit Lothars die Unmöglichkeit eines derartigen Versprechens geschlossen; nach ihm hat Lothar während seiner ganzen Regierungszeit unbestritten die Rechte ausgeübt, auf welche er in der Narratio verzichtet haben soll. Namentlich beruft sich F. auf den Hergang bei der Einsetzung Alberos v. Trier: Lothar weigert sich, Albero zu investieren, weil er schon konsekriert sei, und die Fürsten, anstatt ihn an sein bei der Wahl gegebenes Versprechen zu erinnern, erklären sich einverstanden mit dem Vorschlage, dass Albero beschwöre, er sei von dem Papste zur Konsekration gezwungen worden und habe damit der Ehre des Imperium nicht zu nahe treten wollen. Also der Bericht der Narratio ist absolut unglaubwürdig; entweder ist es eine pia fraus oder es waltet ein Missverständnis vor. Auch Waitz (in der Nachschrift) hält eine derartige Wahlkapitulation Lothars für undenkbar, findet aber in den Worten der N. überhaupt keinen zwingenden Grund zu der Annahme, dass sie als Auszug einer Urkunde gefasst sein wollen: „Das sind Ausdrücke eines Schriftstellers, der seine Gedanken über das richtige Verhältnis der beiden Gewalten in einen kurzen Satz zusammenfasst. Man mag es für möglich halten, dass damals bei der Wahl Lothars eine solche Formulierung der kirchlichen Wünsche, durch den päpstlichen Legaten oder andere, stattgefunden, aber weiter wird nichts aus der Stelle zu entnehmen sein.“ Niemann u. Wichert schliessen sich Friedberg, Giesebrecht u. Bernhardi Waitz an. Nur darin unterscheiden sich letztere von Waitz, dass sie es nicht nur für möglich, sondern für gewiss halten, dass in Mainz die kirchliche Partei sich über Gesichtspunkte verständigte, welche sie unter der neuen Regierung zu verfolgen habe, und dass diese keine anderen waren, als die in der Narratio angegebenen. Bernheim, Lothar III. u. das Wormser Konkordat S 14 ff. schlägt einen Mittelweg ein: Lothar habe vor der Wahl die in der Narratio angef. Konzessionen gutgeheissen, später aber nicht ratifiziert und sich thatsächlich nicht an sie gehalten. (Einen ähnlichen Standpunkt hat Witte, Bischofswahlen unter Konrad III. nebst einem Exkurs über die Wahlkapitulation Lothars.) Die ältere, v. Friedberg bekämpfte Ansicht hat neuerdings Vertreter gefunden in Ulich, Die deutsche Kirche unter Lothar von Sachsen

7. Denique rex Lotharius electus ab omnibus, expetitus ab omnibus, sequenti die in principum contione consedit, et primo ab episcopis universis scilicet 24 qui tunc aderant, et abbatibus quam plurimis pro imperii reverentia, pro confirmanda regni ac sacerdotii unanimi concordia et pace perpetua, fidelitatem non indebitam de more suscepit; a nullo tamen spiritualium, ut moris erat, hominium vel accepit vel coegit. Deinde confluebant hinc inde regni principes, fidelitatem suam tam in hominio quam sacramento regi domino firmaverunt, et debitum regi honorem deferentes, quae regni fuerunt, a rege susceperunt. Videns itaque dux Fridericus contra Dominum non esse consilium vel potentiam hominum, qui tot tantorumque principum animos contra spem omnium collegit in unum, tercia demum die Ratisponensis episcopi ceterorumque principum consilio precibusque correctus ad curiam rediit; et ducentas marcas quibus eum rex prius inbeneficiare promiserat, satis honeste refutans, debitam regi iam domino suo referentiam exhibuit, et cum eo sic in gratiam et amiciciam tanto stabilius quanto liberius rediit.*) Tandem compositis omnibus rex predictus sub regiae maiestatis obtentu pacem firmam in omni regno Teutonico usque ad nativitatem Domini, et ab inde ad annum usquequaque communiter indixit: quam si quis infregerit iuxta cuiusque provinciae legem atque iusticiam severissime vindictam exsolvere debebit.**)

(Lpz. Diss.), Voges, Das pactum in der Narratio de electione Lotharii (Hall. Diss.) u. Maurenbrecher a. a. O.; doch finden diese mit Ausnahme von Voges in der Stelle nicht mehr einen Auszug aus der Urkunde; nach ihnen teilt der Autor den Inhalt der Vereinbarung, nicht den Wortlaut mit. Hingegen Volkmar, das Verhältnis Lothars III. zur Investiturfrage (Forschungen XXVI, 437 ff.) pflichtet Friedberg bei und hält die ganze Stelle für einen späteren Zusatz, ein Einschiebsel in den Text der Narratio. – Ich bekenne mich zu dem Standpunkte Giesebrechts und Bernhardis; dass Lothar solche Versprechungen nicht gemacht haben kann, hat Friedberg hinlänglich bewiesen; der Ausweg Bernheims muss als verfehlt bezeichnet werden, da die von ihm unterschiedenen Zeitpunkte sich nicht halten lassen und auch unter den von ihm angenommenen Verhältnissen der Vorwurf der Wortbrüchigkeit nicht ausgeblieben wäre. Dass aber eine Fixierung der kirchlichen Wünsche bestimmt stattgefunden hat und dass die Narratio den Inhalt derselben wiedergibt, dafür bürgen mir einerseits die oben angeführten Stellen, anderseits die Analogie des Schlusspassus der Narratio, wo der Verfasser von der erzählenden Rede zur wörtlichen Anführung der Drohformel in dem Landfriedensedikt übergeht.

*) Im Nov. 1125 wurde zu Regensburg das Weistum der Fürsten über das Eigentum des Reiches an konfiszierten Gütern gegeben, welches bekanntlich gegen die salische Erbschaft der Hohenstaufen gerichtet war; Weihnachten desselben Jahres erfolgte zu Strassburg die Verurteilung Friedrichs. Das Jahr der Abfassung der Narratio ist also bestimmt. **) Vgl. noch Annales S. Disibodi (M. G. S. S. XVII, 23): Legati pro confirmando rege Romam mittuntur. Cod. Udalr. nr. 247: Predecessorque noster felicis memoriae papa Honorius (Honorius II.), quod per te multam utilitatem credidit ecclesiae proventuram, electionem de te ab archiepiscopis, episcopis ac regni principibus factam pro unitate ecclesiae et regni inviolabiter conservanda auctoritate apostolica confirmavit. Deussen, Die päpstl. Approbation der deutschen Königswahl beginnt hiemit seine Darstellung der päpstl. Ansprüche auf Bestätigung der deutschen Königswahlen. Engelmann, Der Anspruch der Päpste auf Konfirmation u. Approbation bei den deutschen Königswahlen setzt den Beginn dieser Entwickelung unter Gregor VII., in das Jahr 1077.

III. Zur zwiespältigen Papstwahl 1130.*)

a) Bericht der Wähler Innocenz' II. an König Lothar, c. 11. Mai 1130.

(Cod. Udalr. nr. 352; Jaffé, Bibliotheca V, 429 ff.)

L(othario) divina inspirante clementia Romanorum clarissimo regi, iusticiae rigore fulgenti, episcopi N. et N. et cardinales Romani cum ceteris fratribus salutem et perpetuam de hostibus suis victoriam.

Nullus christianorum ignorat, optime rex, quod Romana ecclesia Dei institucione et sanctorum patrum imitatione et religiosorum virorum devotione domina sit non urbis sed orbis. Et ea consistente, cuncta prospere consistunt; eaque deficiente, cuncta invalescunt. Et sicut altius excellit, sic ventorum ac tempestatum tyrannidem facilius a se repellit, et quanto rerum mundanarum turbine conquassatur, tanto lucidius purificatur.

Beatae igitur memoriae papa H(onorio) migrante et viam universe terrae ingrediente, nos episcopi et cardinales G(regorium) cardinalem diaconum Sancti Angeli, virum honestum, moribus compositum, Deo Deumque timentibus carum, in summum pontificem elegimus, in ecclesiam Lateranensem constipatum catervis fidelium deduximus et, in sede summa positum, nos et infinita religiosorum turba honoravimus. Post hoc in palatium ascendimus et, que ex more geri solent, complevimus et omnia insignia pontificalia H(onorii) papae Calixti papae Pascalis papae suorumque praedecessorum ei tribuimus.

His vero circa horam tertiam rite peractis, Petrus Leonis hora sexta**), qua Judea Christum crucifixit et tenebrarum caligo mundum involvit, cum suis conspiratoribus atque consanguineis aliisque manifesto pretio conductis ecclesiam sancti Marci,

---

*) Vgl. hierüber Zöpffel, die Papstwahlen (Beilage: Die Doppelwahl des J. 1130) S. 267 ff. („So wie die Sache liegt, müssen wir behaupten, dass weder Anaklet noch Innocenz in kanonischer Weise gewählt war, dass dem einen (A.) hauptsächlich die zu einer rechtmässigen Wahl erforderlichen Eigenschaften, dem Wahlakte des andern aber die durch Sitte, Gesetz und Vereinbarung geheiligten Formen fast völlig abgingen.") Mühlbacher, die streitige Papstwahl des Jahres 1130; Giesebrecht IV, S. 54—60 u. Anm.; Bernhardi a. a. O. 301–3, 316, 321 f. („Innocenz wie Anaklet sind durch römische Adelsfamilien Päpste geworden. Bei beiden wird also doch die Form der Wahl massgebend sein müssen. Und von diesem Gesichtspunkt aus ist Anaklet II., bei dessen Erhebung kein Verstoss begangen wurde, als dessen Wähler sich vier Bischöfe, achtzehn Presbyter und sieben Diakonen, abgesehen von anderen Mitgliedern des römischen Klerus, unterzeichnen, entschieden rechtmässig gewählt.") **) Falco Benventanus: „Post quem Innocentium die ipso ad horam tertiam Petrus Portuensis episcopus Petrum filium Petri Leonis elegit pro Anacleto." Die hora tertia endet um 12 Uhr, die hora sexta beginnt um 12 Uhr. Der Wahltag war der 14. Februar; in der Frühe starb Honorius II.; am selben Morgen, noch in der Dunkelheit, wurde Innocenz II. gewählt, gegen Mittag Anaklet II.

turribus fratrum propinquam, festinanter adiit, cappam rubeam indecenter induit ficticiaque pontificatus insignia arripuit. Sequenti autem die ecclesiam beati Petri armis petiit, machinis circumdedit, tecta murosque fregit, homicidiis peractis et nimia humani sanguinis effusione, sic tandem improbus apostolorum principis intravit ianuas. Altera autem die armata manu ad Lateranensem ecclesiam perrexit, fumo igne sanguine eam violenter invasit, palacium conscendit, portas confregit, sedes pontificum contrivit, sacrarium beati Laurentii aperuit, quae optima sibi visa sunt diripuit, ad propria se recollegit. Post hoc Palladium, in quo dominus noster papa Innocentius cum catholica ecclesia residebat, aggreditur. Verum equitibus et equis plurimis amissis, in confusione suae ignominiae domum turpiter recessit.

Depredationes vero ecclesiarum et precipue beati Petri thesauri, quem pontifices Romani et sacratissimi imperatores Deo beatoque Petro dedicaverunt, in lampadibus aureis calicibus thuribulis candelabris imaginibus crucibus gemmis aliisque vasis preciosis nec non et palliis et vestibus sericis auro gemmisque contextis direptiones, nec non et praediorum ecclesiasticorum pignorationes et peregrinorum expoliationes quantae sint, qui Romam vel Jerusalem properant euntes et redeuntes, ubique diffamant. Que vero alia turpia ipse suique complices gerant, regalibus auribus non sunt referenda.

Sed per Dei gratiam infra paterni muri caveas iam latitat. Abbates marchiones principes aliique barones in auxilium catholicae et apostolicae ecclesiae properant. Orientales et occidentales ecclesiae praedictum invasorem pari voto parique consensu unoque spiritu anathemate condempnant; dominum vero Innocentium papam, a catholicis catholice electum, catholice consecratum, sicut universalem patrem et beati Petri vicarium amplectuntur venerantur suisque nuntiis frequentant.

Quid igitur super his celsitudo vestra, o gloriosissime rex, agere debeat, regalis providentia Spiritu sancto succensa provideat. Accingere igitur, et archiepiscopis et episcopis, abbatibus religiosisque viris nec non et regni principibus solito more in auxilium principis apostolorum properanter occurre; quatinus ecclesia Dei letetur, religio christiana sublimetur, scismaticorum perfidia comprimatur, corona capitis tui a rege caelesti benedicatur.

Que vero hic desunt, venerabilis frater noster et Deo dilectus G(ualterus) Ravennatis ecclesiae archiepiscopus viva vobis voce clarificabit. Quem attentius serenitati vestrae commendamus; et ut eum pro reverentia beati Petri et totius catholicae ecclesiae honorifice tractetis, rogamus.

b) Bericht der Wähler Anaklets II. an König Lothar, 18. Mai 1130*).

(Watterich, Pont. Rom. Vitae II, 185 ff.)

Serenissimo ac gloriosissimo Lothario Romanorum regi, fratres qui Romae sunt cardinales presbyteri et diacones, Bonifacius tit. s. Marci, Gregorius tit. ss. Apostolorum, Amicus tit. ss. Nerei et Achillei, Desiderius tit. s. Praxedis, Saxo tit. s. Stephani in Coeliomonte, Petrus Pisanus tit. s. martyris Suzannae, Petrus tit. s. Marcelli, Sigizo tit. Sixti, Crescentius tit. ss. Marcellini et Petri, Comes tit. s. Savinae, Gregorius tit. s. Balbinae, Luitfridus tit. s. Vitalis, Matthaeus tit. in Euxodia, Henricus tit. s. Priscae, Odericus tit. ss. Ioannis et Pauli, Ionathas tit. s. Calixti, Stephanus tit. s. Laurentii in Damaso, Petrus tit. s. Eusebii, Gregorius diac. card. s. Eustachii, Angelus diac. s. Mariae in Dominica, Ioannes diac. s. Nicolai in carcere Tulliano, Erimandus diac. s. Angeli iuxta templum Iovis, Silvius diac. s. Luciae iuxta Heligabalum, Romanus diac. s. Hadriani iuxta Asylum, Gregorius diac. s. Mariae in Aquiro, Petrus Senex Portuensis episcopus, Aegidius Tusculanus episcopus, Trasmundus Signinus episcopus, Otto Sutrinus episcopus cum reliquis Romanae ecclesiae suffraganeis, subdiaconi omnes, primicerius cum omni schola cantorum, Petrus basilicae Salvatoris, quae appellatur Constantiniana, archipresbyter, Rainerius s. Mariae maioris archipresbyter, Papa (?) s. Mariae Rotundae archipresbyter cum reliquis Romanae ecclesiae archipresbyteris et cum omni clero Romano, Anastasius abbas s. Pauli, Ioannes abbas ss. Stephani et Laurentii, Laurentius abbas s. Gregorii in clivo-Scauri cum reliquis abbatibus aeternam in Domino salutem.**) Propter quorundam hominum dolosa figmenta et mendacia venenosa, qui Dei ecclesiam scindere et simplicium animas euertere moliuntur et, sicut Iamnes et Mambres Moysi, Philetus et Hermogenes Paulo, Dei veritati resistunt, ad serenitatem tuam, christianissime principum, vniuersitatis nostrae litteras sicut ad reliquas Orientis seu occidentis ecclesias pia deuotione dirigimus, optantes, vt de his, quae post obitum piae memoriae Papae Honorii in Romana ecclesia emersere, seu de domni Papae Anacleti electione sitis litterarum serie certiores. Accepimus enim, eos suis scriptis impudenter asserere, dominum Papam non petitione

*) In der Datierung folge ich Giesebrecht. — Das Schreiben ist zuerst publiziert worden v. Baronius, Ann. Eccl. nach einem Cod. des Kl. Monte Casino.
**) Zöpffel a. a. O. 383 ff. hat nachzuweisen gesucht, dass mehrere von den unterzeichneten Wählern am Wahltage nicht als Kardinäle zugegen gewesen seien, damals also noch nicht im Besitze der Titel waren, die sie in diesem Schreiben sich beilegen, sondern erst von Anaklet II. zum Lohn für die geleisteten Dienste teils zu Kardinaldiakonen, teils zu Kardinalpresbytern erhoben worden seien. Vgl. dagegen die Ausführungen bei Bernhardi a. a. O. S. 302.

populi, non spontanea cleri electione, nec honoratorum consensu iuxta synodales regulas et antiquas patrum nostrorum traditiones ad apostolatus culmen assumptum, sed vi parentum, potentia fratrum, fustibus et sanguine nobisque nolentibus subrogatum. Sed mirum nobis non est, si huiusmodi mendacia ad tam longinquas dirigant nationes et veneno suo fere gentes omnes inebrient et simplices quoque deludant, cum in Romanae ecclesie gremiis fraudulentiis suis sedem Apostolicam prostituere contendant. Reuelata tecum, nobilissime princeps, facie loquimur et per te toto orbe Romano fieri notissima haec, quae scribimus, peroptamus. Decedente de hac vita Papa Honorio, nos omnes cardinales presbyteri et diacones cum subdiaconibus, primicerio cum omni schola palatii in basilica beati Marci, qui locus quasi vmbilicus Vrbis est, concordi voluntate conuenimus. Conuenere nobiles etiam, innumera ibidem multitudo conuenit, substituendi Pontificis electionem expectantes. Cumque diutius inter nos de futuri Pontificis esset electione tractatum, domnus Papa, tunc cardinalis presbyter, primus libere prorupit in vocem et quemdam de fratribus manu et voce propria assignauit. Cui rei se impotentem frater ille cognoscens, communi omnium nostrum consilio, communi consensu, expetente populo, consentientibus honoratis, eumdem dominum Papam nobiscum communiter elegit. Sicque in basilica beati Petri ad corpus eius, vbi tantum Romani Pontifices consecrantur, est celeberrime consecratus. Nullius profecto nos violentia, nullius nos potentia impulit, sicut fanatici illi suis litteris grauiter[a)] in Romanum eum Pontificem annotare. Sed cum proditiones suas et opprobria tegere nequeant, proprii oculi neglecta[b)] in alieno oculo festucam quaerunt.

Porro Haimericus quondam cancellarius, qui Romanam ecclesiam quasi vile scortum pro luxuriis et auaritia sua longo iam tempore habuit prostitutam, qui simoniis, sicut vos ipsi (vt credimus) aliquando fuistis experti, exactionibusque variis Dei ecclesiam et Dei seruos diutius trucidauit, arridente ei egregio viro Leone Fraiapane, qui nunc per Dei gratiam nobiscum est, velut alter Sennacherib in ciuitatem sanctam et templum improbi consilii sui manum impie praesumpsit extendere, et propria superbia quibusdam sibi allectis, qui eius quadra viuebant, viris vtique nouitiis et numero quinque altare illud in ecclesia Dei solus est molitus erigere. Verum omnipotens Deus subsannuit[c)] eos et eorum consilia infatuans in sibilum et fabulam omnium mira ratione

a) Watterich vermutet gravantur. Statt des folgenden annotare ist annotarunt zu lesen; dann bedarf es keiner weiteren Änderung. b) Hier scheint trabe ausgefallen zu sein. Matth. VII, 3. c) W. vermutet mit Recht subsannavit (ὁ σάννας = fatuus, stultus).

redegit. Ipsi tamen vt canes impudentissimi erubescere nescierunt: frons meretricis facta est eis. De quibusdam vero episcopis, quos impostores[a] illi in factione ista sibi applaudere gloriantur, nobis cura vlla non est, praesertim cum nil ad eos de Romani Pontificis electione pertineat.

Rogamus itaque discretionem tuam et in Domino commonemus, ut si Romanam ecclesiam piis optas solatiis et studiis confouere, si imperii tui moderamina per sedem cupis Apostolicam roborari, cum Romana simul ecclesia sapias, aequa nobis pietate concordes et dominum Papam Anacletum, quem vnanimi omnes deuotione praefecimus, catholicum Papam feliciter recognoscas et debitam ei praedecessorum tuorum more affectionem reuerenter exhibeas. Nos quidem aliquando te non sic plene dileximus, sed quia domini Papae amorem vberius circa te feruere cognoscimus, eumdem circa te et circa honorem tuum animum nos gestare cognoscas. Quod si nos fortassis audire distuleris, propitius sit nobis Deus, quia nullis excessibus a tua nos dilectione conuelles. Memento etiam, quod Roboam regi illi contigit, qui consilio iuuenum acquieuit, at sacerdotum noluit consiliis obedire.

IV. Anaklet II. verleiht Roger den Königstitel durch die Bulle vom 27. September 1130.*)

(Watterich, Pont. Rom. Vitae II, 193 ff.)

[Falco 1130 (Muratori V, 106): Eodem anno praedictus Anacletus venit Beneventum; deinde Abellinum civitatem ivit et cum praedicto duce Rogerio stabilivit, ut eum regem coronaret Siciliae. Petr. Diac. Chron. Cas. IV, 97: Petrus praeterea cardinalis Rogerio duci Apuliae coronam tribuens et per privilegium Capuanum principatum et ducatum Neapolitanum cum Apulia, Calabria et Sicilia illi confirmans regemque constituens ad suam partem attraxit; praecipiens ut episcopi et abbates, qui in suae dicionis terra manebant, ei hominium facerent.]

Apostolicae sedis providentia et benignitate provocamur, ut sacrosanctam Romanam ecclesiam diligentibus liberalitatis nostrae

a) is qui decipit = ὁ ἐπιθέτης.

*) Vgl. Giesebrecht IV, 62 f. u. Anm. u. Bernhardi a. a. O. S. 332 f. Nach Bernhardi enthielt die verstümmelte Urkunde auch die Bestimmung, dass die Bischöfe und Äbte in Rogers Gebiet Anaklet huldigen sollten. Vgl. oben die Stelle aus Petr. Diac. Chron. Cas. — Am 27. Juli 1139 wurde Roger auch von Innocenz II. als König anerkannt (Jaffé, Reg. Pont. nr. 5734.) In der Urkunde Innocenz' II. wird das Königtum Rogers auf Verleihung durch Honorius II. zurückgeführt, damit nicht eine Handlung des Gegenpapstes Anaklet legalisiert werden musste. Der jährliche Zins wurde von Innocenz in derselben Höhe festgesetzt, wie in der Bulle Anaklets. Giesebrecht IV, 155 f. u. Anm.; Bernhardi, Jahrb. d. d. G. unter Konrad III. S. 169 f.

manum extendere debeamus. Idcirco fili in Christo charissime Rogeri, Dei gratia Apuliae dux non immerito magnifice, quia gloriosae memoriae genitor tuus Rogerius multo sanguine multisque laboribus totam Siciliam insulam . . . ecclesiam praedecessorum nostrorum Urbani et Pascalis venerandae memoriae Romanorum Pontificum et innumeris deservivit obsequiis, felicis etiam recordationis mater tua, viri sui nobiliter vestigia subsequens pro datis sibi a Domino facultatibus eamdem Dei ecclesiam larga liberalitatis manu officiosissime honorare et sustentare curavit, tu quoque, cuius divina providentia inter reliquos Italiae principes amplior sapientiae et potestatis praerogativa excessit. praedecessores nostros magnificentius honorare et abundantius deservire studuisti: personam tuam et heredum tuorum perpetuis gratiae et honoris titulis adornare et exaltare decrevit. Concedimus igitur et donamus et auctorizamus tibi et filio tuo Rogerio et aliis filiis tuis secundum tuam ordinationem in regnum substituendis et heredibus suis coronam regni Siciliae et Calabriae et Apuliae et universae terrae, quarum[a] tam nos quam et praedecessores nostri praedecessoribus tuis, ducibus Apuliae nominatis, Roberto Guiscardo, Roberto eius filio dedimus et concessimus, et ipsum regnum habendum et universam regiam dignitatem et iura regalia iure perpetuo habendum in perpetuum et dominandum. Et Siciliam caput regni constituimus. Porro auctorizamus et concedimus, ut per manus archiepiscoporum terrae tuae, quos volueris, iuxta tuam voluntatem, assistentibus aliis episcopis, quos volueris tu et tui heredes, in reges inungamini et in statutis temporibus coronemini. Item omnes concessiones, donationes et consensus, quos praedecessores nostri praedecessoribus tuis Roberto Guiscardo, Roberto filio eius, Willelmo ducibus Apuliae et tibi concesserunt, donaverunt et consenserunt, donamus, concedimus et consentimus tibi et filiis tuis et heredibus tuis habendum et possidendum in perpetuum. Donamus etiam et auctorizamus tibi et tuis heredibus principatum Capuanum cum omnibus tenimentis suis, quemadmodum principes Capuanorum tam in praesenti quam in praeterito tenuerunt: honorem quoque Neapolis eiusque pertinentiarum, et auxilium hominum Beneventi contra hostes tuos largimur et confirmamus. Tuis porrectis petitionibus annuentes concedimus Panormitano archiepiscopo eiusque successoribus et Panormitanae ecclesiae consecrationes trium episcoporum Siciliae, videlicet Syracusani,

a) Ich vermute quam; das Komma nach concessimus habe ich eingesetzt.

Agrigentini et Mazariensis vel Cataniensis ea ratione, ne supradictae ecclesiae in dioecesibus vel possessionibus suis a Panormitano archiepiscopo vel ab ipsa Panormitana ecclesia diminutionem aliquam patiantur. De reliquis vero duobus pleniori nostro consilio reservamus. Haec omnia supradicta, has nostras concessiones sic concedimus, tradimus et auctorizamus tibi et tuis filiis habenda et possidenda iure perpetuo, dum nobis nostrisque successoribus homagium et fidelitatem competenti nobis et vobis securoque loco facies vel facient, iuraveris vel iuraverint, si in nobis vel nostris successoribus non[a] remanserit: non ideo honoris seu dignitatis vel terrae suae patiantur diminutionem. Tu autem censum . . . et heredes tui videlicet sexcentos schifatos[b], quos annis singulis Romanae ecclesiae persolvere debes, si requisitus fueris; quod si requisitus non fueris, facta requisitione persolvas, nulla de non solutis habita occasione . . . Si qua sane in posterum ecclesiastica saecularisve persona huic nostrae concessioni vel donationi obviare tentaverit, nisi satisfactione congrua resipuerit, anathematis gladio feriatur. Omnibus vero has nostras conditiones, concessiones et consensus servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi. Amen.

Ego Anacletus catholicae ecclesiae episcopus.

Ego Matthaeus presbyter Eudoxiae.

Signum manus Petri Leonis Romanorum consulis et signum manus Rogerii fratris eius et signum manus Petri Vguiccionis filii et signum manus Cencii . . . Guidonis et signum manus Petri Leonis de Fundis et signum manus Abucii et signum manus Ioannis Abdiricii et signum manus Milonis. Datum Beneventi per manum Saxonis s. r. e. presbyteri cardinalis, V. Kal. Octobris, indictione nona, anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo trigesimo, Pontificatus domini Anacleti secundi Papae anno primo.

V. Aechtung Anaklets II. durch Lothar III. 1133.*)

(Mon. Germ. legg. II, 81.)

Lotharius Dei gratia Romanorum rex, regibus, archiepiscopis, episcopis, principibus, et universis Dei fidelibus, ad quos litterae istae pervenerint, salutem.

a) Ich schreibe mit Hinweglassung dieses non: iuraverint; si in nobis vel nostris successoribus remanserint, non ideo . . . patiantur diminutionem.
b) Goldgulden (ὁ σκύφος = Becher).

*) Pertz gibt dieses Rundschreiben nach Dacherius, Spicilegium T. III, pg. 485 f. u. Schatenius, Ann. Paderb. pg. 730, welch' letzterer eine Abschrift des Baluzius benützt hat. Pertz datiert 4. Juni; der Tag lässt sich jedoch nicht feststellen, die Ächtung muss zwischen dem Tag des Einzugs

Maiestatis divinae dispensationi et consilio placuit nos patronum ac defensorem sanctae ecclesiae Romanae statuere, ideoque necesse habuimus pro ipsius liberatione propensius laborare. Cum igitur ascitis nobis archiepiscopis, episcopis et abbatibus, principibus, d u c i b u s, comitibus et marchionibus regni nostri; episcopos etiam, comites, et alios barones Italiae*) nobiscum ducentes, bellico apparatu stipati, ad Urbem proficisceremur, nuntios schismatici illius Petri Leonis frequenter habuimus. Qui nimirum ex parte illius iustitiam praetendentes, ipsi in ius ire parato non debere audientiam denegari, nec hostilibus impugnationibus molestari, publicis clamoribus asserebant.**) Diutinis ergo eorum interpellationibus provocati, idipsum episcopis et cardinalibus, qui cum domno papa Innocentio erant, significare coacti sumus. Ipsi vero, tamquam canonicarum sanctionum et institutionum ecclesiasticarum non ignari, universam Dei ecclesiam iam super hoc promulgasse sententiam, Petrum Leonis ac complices suos damnasse asserentes, quod erat universitatis non debere privatum fieri responderunt.

Nos autem idipsum cum patientia supportantes, et patrem nostrum papam Innocentium ad Urbem cum gloria duximus, et Lateranensi cathedrae restituimus, atque in monte Aventino castrametati fuimus. Ibique Petrus Leonis aures nostras, et principum nostrorum, per Petrum olim Portuensem episcopum, et per alios fautores suos praetendendo iustitiam, sollicitare non destitit. Qui etiam, munitiones et obsides se nobis daturos ad sufficientiam pro servando iudicio, et viva voce et litteris promiserunt. Pacem igitur sine effusione sanguinis reformare in Dei ecclesia cupientes, quae nobis illi dixerant, fratribus qui cum domno papa Innocentio erant per nos ipsos significavimus. Caeterum ipsi, utpote pacis amatores, de iustitia confidentes, tam personas suas, quam Leonis, et filiorum suorum, necnon Centii,

---

in Rom (30. April) und der Kaiserkrönung (4. Juni) erfolgt sein. Nach Giesebrecht IV, 82 f. Anm. ist an der Echtheit des Aktenstückes nicht zu zweifeln, wohl aber ist dasselbe nur in einem mehrfach corrumpierten Texte auf uns gekommen. Bernhardi a. a. O. Exkurs X, S. 847 ff. vermutet, „dass das Rundschreiben die Arbeit eines wohlunterrichteten norditalienischen Briefstellers ist, vielleicht desselben, der die interessante Sammlung verfertigte, von der Wattenbach im Iter Austriacum (Archiv f. öst. Gesch. XIV, S. 39 ff.) handelte, deren Briefe neben vielen falschen Angaben eine überraschende Kenntnis der Thatsachen auch im einzelnen zeigen.“ Dass Anaklet und seine Anhänger geächtet wurden, nachdem die Unterhandlungen fruchtlos geblieben, daran zweifelt übrigens auch er nicht. Vgl. auch Ficker, Forschungen I, 168, 182, 185; III, 347.

*) Ist die Rangordnung richtig? Hat wirklich ein deutscher dux an diesem Römerzuge teilgenommen? **) Vgl. Vita Norberti c. 21, wo nach Giesebrecht manches schon nach Valentano verlegt wird, was erst auf dem Aventin stattfand.

Petri Fraiapanis, et Petri Leonis,*) et munitiones in manu nostra libere obtulerunt.**) Adversa vero pars dies redimere cupiens, sub velamine fraudulentarum promissionum nos aliquanto tempore a nostra intentione retraxit. Tandem quia ipsi saepe communiti, implere quod promiserant noluerunt, tamquam fallaces et perfidi, et tam divinae quam regiae maiestatis rei, cum Petro Leonis eiusque complicibus damnati sunt, et hostes a principibus nostrae curiae iudicati, videlicet Nortberto Magdeburgensi cancellario nostro, et A. Bremensi archiepiscopis et D. Osemburgensi, B. Padelbronnensi, An. Brandenburgensi, et B. Parmensi, R. Albensi, O. Astensi, O. Cremonensi, G. Yporiensi, episcopis, et abbatibus, Henrico Fuldensi, Alberone Noemburgensi, et Luneburgensi: proceribus, Alberone et Henrico marchionibus, Othone, Sigifredo vexillifero, Herimanno, Wilhelmo de Lomello, Gothone de Marchuingo, Hildebrando, et Tancredo de Prato comitibus, et Alberto de Castello.***)

VI. Zur Kaiserkrönung Lothars III. 1133.

a) Krönungseid Lothars, 4. Juni 1133.†)

(Mon. Germ. legg. II, 82.)

Hoc est iuramentum quod dominus rex Lotharius tempore heresis filii Petri Leonis domino pape Innocentio prestitit ante fores basilice sancti Salvatoris que Constantiniana appellatur, in die qua coronatus est ab ipso Innocentio antequam coronam acciperet, domino Cencio Fraiapane iuramentum computante, et Octone nepote suo ac ceteris nobilibus Romanis ibi existentibus:

*) Bereits Jaffé hat verbessert Latronis. **) Nach Bernhardi a. a. O. ist es undenkbar, „dass Innocenz und seine Freunde sich damals noch einem Urteil über die Rechtmässigkeit der Wahl sollten unterworfen haben. Und auch Lothar konnte in Rom nicht mehr die Möglichkeit zulassen, dass er nach dem Ausfall des Spruchs vielleicht Innocenz verwerfen musste, . . . nachdem Innocenz von Lothar in den Lateran geführt war.“ Halte man also das Aktenstück für echt, so müsse man dem König ein heuchlerisches Spiel zur Last legen. Allein ist es nicht denkbar, dass Lothar bei dem einzuleitenden Rechtsverfahren den moralischen Sieg Innocenz' II. für gewiss hielt, in dasselbe also einwilligen konnte ohne Gefahr für sein Ansehen und ohne den Hintergedanken, für seinen Papst auf den Gerichtshof Gewalt zu üben? ***) Norbert war archicancellarius. Abt Heinrich von Fulda war bereits am 28. März 1133 gestorben. In den Markgrafen Albero und Heinrich vermutet man Albrecht den Bären und Heinrich von Groitsch, von denen aber ersterer damals noch nicht mit der Nordmark belehnt war, letzterer sonst nirgends an diesem Römerzuge beteiligt erscheint.

†) Pertz gibt diesen Eid nach Cencius, liber censuum fol. 183'. — Vgl. hierüber Waitz, Verf. VI, 180 u. Phillips Kirchenrecht III, 126 u. Anm. zu c).

Ego Lotharius rex promitto et iuro tibi domino pape Innocentio tuisque successoribus securitatem vite et membri et male captionis, et defendere papatum et honorem tuum, et regalia sancti Petri que habes manu tenere, et que non habes iuxta meum posse recuperare.

b) Privileg Innocenz' II. für Lothar III. betr. die Investitur der Bischöfe und Äbte, 8. Juni 1133.*)

(Jaffé, Bibliotheca V, 522 f.)

... m(ultipl)iciter ecclesiam filiali affectione diligere et eam a pravorum hominum infestatione m ... (ad) apostolicae sedis sollicitudinem spectare cognoscitur, ut ad exaltationem regni et decorem imperii diligenter invig(ilare) . . . in . . . (r)obore, cooperante Domino, satagat custodire. Ceterum personae tuae probabilis in fide catholica firmitas et perseverans in (Dei) amore constancia sanctam ecclesiam Romanam eo magis sibi fecit obnoxiam, quo te ferventius, a longis retro temporibus operibus pietatis insist(entem), tantum laborem pro scismaticorum contritione et liberatione fidelium evidentibus indiciis assumpsisse conspicimus.

Hac itaque ratione inducti (et ex) sublimatione tua fructum maximum sperantes catholicae ecclesiae et christiano populo proventurum, cognita fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium (atque) nobilium Romanorum prompta voluntate atque consilio, te, christianissimum principem et inter speciales beati Petri filios unicum ac praecipuum def(ensorem) ad imperii fastigia, invocata Spiritus sancti gratia, sublimavimus.

Nos igitur, maiestatem imperii nolentes minuere sed augere, imperatoriae dignitati(s plenitu)dinem tibi concedimus et debitas et canonicas consuetudines praesentis scripti pagina confirmamus.

Interdicimus autem, ne quisquam eorum, quos in Teut(onico) regno ad pontificatus honorem vel abbatiae regimen evocari contigerit, regalia usurpare vel invadere audeat, nisi eadem prius a tua (potes)tate deposcat, quod[a] ex his, quae iure debet tibi, tuae magnificentiae faciat.**) Data Laterani 6 Idus Iunii.

a) Jaffé vermutet statt quod: atque; ich möchte in Übereinstimmung mit der betr. Stelle im Wormser Konkordat, Privilegium Calixti schreiben: et que ex his iure tibi debet, tuae magnificentiae faciat.

*) Jaffé gibt diese Urkunde nach einer verstümmelten Münchener Handschrift („Descripsi ex mutila saec. XII. membrana bibliothecae regiae Monacensis, quondam codici latino Monacensi 5254 agglutinata.") **) Vgl. das Wormser Konkordat u. Narratio de el. Loth. c. 6 nebst Anm. Schon bei

c) Privileg Innocenz' II. für Lothar betr. die Mathildischen Allodien, 8. Juni 1133.*)

(Theiner, Cod. dom. temp. I, 12.)

Innocentius PP. II. Lotario Imperatori Augusto et Riget Imperatrici.

Si auctoritas sacra pontificum et potestas imperialis vere glutino caritatis adinvicem complerentur, omnipotenti debitus famulatus libere poterit exhiberi, et christianus populus grata

---

seiner ersten Zusammenkunft mit Innocenz II. zu Lüttich 1131 hatte Lothar vom Papste Erneuerung des den deutschen Königen vor dem Wormser Konkordat zustehenden unbeschränkten Investiturrechtes verlangt, hatte aber damals infolge des Widerstandes der kirchlichen Partei, namentlich des hl. Bernhard seine Forderung fallen lassen müssen. (Vgl. Otto Fris. Chron. VII, 18; Ernald, Vita Bernardi I, 5 u. 6; Sächs. Weltchronik c. 271 (Mon. Germ. Chron. II, 209); Bernardi epp. nr. 150). Bei seiner Kaiserkrönung wiederholte Lothar seine Forderung, stiess aber auf den heftigsten Widerstand des hl. Norbert und musste sich mit Zugeständnissen zufrieden geben, die nicht einmal eine präzise, unanfechtbare Erneuerung der im Wormser Konkordat zugestandenen Rechte enthielten. Vita Norberti c. 21: Coronatus autem imperator ad honorem imperii et ad firmamentum foederis, quod cum papa pepigerat, investituras episcopatuum, libertatem videlicet ecclesiarum sibi a domino papa concedi, minus consulte postulavit. Ad cuius petitionem cum inclinatus domni papae videretur assensus, et ex tanta episcoporum multitudine nemo inveniretur, qui huic contradiceret abusioni, Norbertus archiepiscopus in medium procedens: „Quid, inquit, pater agis? . . . Ecclesiam, quam suscepisti liberam, numquid redigis in ancillam? Cathedra Petri requirit opera Petri. Obedientiam quidem beato Petro et tibi pro Christi nomine promisi, sed si, quod a te postulatur, egeris, ecce in facie ecclesiae contradico tibi." Sic et pater Norbertus peroravit, et se imperator ab inordinata petitione et apostolicus ab illicita concessione continuerunt. Vgl. Rosenmund, Die ältest. Biographien des h. Norbert. — Über unsere Urkunde haben gehandelt: Usinger, Gött. Gel.-Anz. 1870, S. 144; Wichert, Forschungen XII, 110; Giesebrecht IV, 84 f. u. Anm. („Zweierlei geht meines Erachtens aus der Urkunde deutlich hervor, dass einmal die bisher seit dem Wormser Vertrage von den Kaisern geübten Rechte als kanonisch bestätigt wurden und dann im Besonderen den deutschen Bischöfen und Äbten die Weihe vor der Investitur untersagt wurde"); Bernheim, Lothar III. und das Wormser Konkordat S. 35—46; Bernhardi a. a. O. 477—480; Rosenmund, die älteste Biogr. des hl. Norbert S. 94; Mühlbacher, Stritt. Papstw. S. 192 ff.; Witte, Bischofswahlen unter Konrad III. nebst einem Exkurs über die Wahlkapitulation Lothars S. 15; Volkmar, das Verhältnis Lothars III. zur Investiturfrage (Forschungen XXVI, 484—88); Ulich, die deutsche Kirche unter Lothar von Sachsen S. 37—48; Voges, Das pactum in der Narratio de electione Lotharii: Maurenbrecher a. a. O. S. 152 f. Die drei letzteren beziehen entsprechend ihrer Auffassung der kirchenpolitischen Stelle in der Narratio die zu Lüttich 1131 u. zu Rom 1133 gestellte Forderung Lothars nicht auf eine Aufhebung des Wormser Konkordats, sondern des angeblichen Pactums in der Narratio u. finden jene Forderung in unserer Urkunde bewilligt.

*) Die Urkunde ist gedruckt nach dem Liber censuum des Cencius, fol. 113. Giesebrecht IV, S. 85 Anm.: „Es liegt gar kein Grund vor, die Echtheit der Urkunde zu bezweifeln, mehr als einer zu der Annahme, dass sie

pace et tranquillitate gaudebit: nichil enim in presenti seculo est pontifice clarius, nichil rege sublimius. Nichil est, quod lumine

---

in corrumpierter Gestalt uns überliefert ist, dass ihr erstens die Überschrift (oder das Lemma: „Lothario imperatori augusto et Riget imperatrici") nicht angehört und zweitens der Inhalt aus zwei Aktenstücken zusammengesetzt ist. Vermutlich war im Registrum Innocenz' II., denn nur daher konnte Cencius die Urkunde nehmen, am Rande zu dem Aktenstücke des J. 1133 hinzugefügt, was zu Gunsten Herzog Heinrichs i. J. 1137 verfügt wurde. Die Bulle von 1137 mochte mutatis mutandis nur die frühere von 1133 wiederholen und dann den auf Heinrich und Gertrud bezüglichen Zusatz beifügen; der Schreiber begnügte sich deshalb, um diesen Zusatz am Rande zu kopieren. Mir scheint nicht zweifelhaft, dass erst auf Lothars zweitem Zuge nach Italien, als er von Heinrich begleitet wurde, er an diesen die Mathildischen Güter abtrat; erst damals kann auch die Markgrafschaft Tuscien Heinrich übertragen sein." Auch Bernhardi a. a. O. S. 484 Anm. unterscheidet zwei Teile: Die Urkunde für Lothar und den Nachtrag für Gertrud und Heinrich; dieser Nachtrag ist nach ihm aber bereits am 8. Juni 1133 gemacht. Zugleich vermutet er, dass letzterer auch an Richenza gerichtet ist, wodurch das Lemma sich erklären würde. Die von Giesebrecht über den einheitlichen Charakter der Urkunde erhobenen Einwürfe scheinen mir nicht alle stichhaltig zu sein. Dass Lothar und Heinrich gleichzeitig dasselbe und zugleich unter verschiedenen Bedingungen verliehen sei, finde ich im Gegensatz zu Giesebrecht ganz begreiflich; vom Kaiser Lothar konnte man freilich die Leistung des Treueides und der Mannschaft nicht mit Erfolg beanspruchen, wohl aber vom Herzog Heinrich. Wenn ferner der Hauptkörper der Urkunde vorschreibt, dass nach dem Tode Lothars die Allodien ad ius et dominium sanctae Rom. ecclesiae zurückkehren sollen, so scheint mir auch das mit dem Schlusspassus in keinem Widerspruche zu stehen; der Herzog soll eben vorerst den Treueid und die Mannschaft leisten, bevor er aus den Händen des Papstes die Nutzniessung der Allodien empfängt; im Jahre 1133 ist er mit diesen noch nicht belehnt worden — er war damals nicht anwesend — sondern hat nur die Anwartschaft erhalten; der Ausdruck concedere im engen Anschluss an die folgende Bedingung scheint mir dieser Deutung nicht entgegenzustehen. Schwieriger ist es zu erklären, warum der Name der Kaiserin Richenza im Lemma enthalten ist; mitbelehnt kann sie nach dem sonstigen Inhalte der Urkunde nicht sein; vielleicht war sie, wie Bernhardi vermutet, Gesuchstellerin für ihre Tochter u. ihren Schwiegersohn. Vgl. auch Nitzsch, Gesch. des deutschen Volkes II, S. 195 — Durch die blosse Investitur mit dem Ringe wurde Lothar keineswegs Vasall des Papstes im eigentlich rechtlichen Sinne, weil dazu die Eidesleistung und das hominium erforderlich gewesen wäre (Ficker, Vom Heerschild S. 33—36). Doch genügte nach Bernhardi a. a. O. S. 483 die öffentliche Investitur des Kaisers durch den Papst, „um der Ansicht von der höheren Majestät des Vertreters Christi einen lebendigen Ausdruck zu verleihen. Das Allgemeingefühl jener Zeit mochte schwerlich die Unterschiede auseinanderhalten; die päpstliche Partei wenigstens wird ein Lehensverhältnis angenommen haben." Bernhardi sucht denn auch hierin den unmittelbaren Anlass zu jenem von Innocenz II. im Lateran angebrachten und von Hadrian IV. auf Wunsch Friedrichs I. vernichteten Wandgemälde mit der bekannten Inschrift, während nach Giesebrecht IV, 83 f. u. Anm. die päpstliche Partei den Anlass dazu nahm aus dem obigen Krönungseide Lothars. Eine Beschreibung jenes Bildes geben die Ann. Col. Max. (M. G. S. S. XVII, 766): Papa quondam Innocentius Romae in muro pingi fecerat se quasi in throno pontificali sedentem,

clariore perfulgeat quam recta fides in principe: nichil est, quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio. Que nimirum omnia tanto manifestius, deo gratias, in persona tua clarescunt, quanto[a] ab ineunte etate amator religionis et cultor iusticie extitisse cognosceris, et novissime diebus istis nec persone tue nec proprie parcendo pecunie pro beati Petri servitio multos labores et immensa pericula pertulisti. Cum ergo, testante sacro eloquio, etiam mali patres b o n a d a t a*) filiis suis debeant impertire: dignum profecto est, ut nos, qui disponente domino universis catholice ecclesie filiis debemus sollicitudine paterna consulere, personam tuam artius diligamus, et tanquam specialissimo ecclesie defensori in his, que ad statum imperii in suo robore conservandum et utilitatem ac libertatem catholice ecclesie spectare noscuntur, tam secundum ecclesiasticum officium quam temporaliter imperatoriam potentiam augeamus. Hoc nimirum intuitu allodium bone memorie Comitisse Mattilde, quod utique ab ea beato Petro constat esse collatum, vobis**) committimus, et ex apostolice sedis dispensatione concedimus, atque in presentia fratrum nostrorum archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, necnon principum et baronum p e r a n u l l u m i n v e s t i v i m u s, i t a v i d e l i c e t u t C. l i b r a s a r g e n t i s i n g u l i s a n n i s n o b i s e t s u c c e s s o r i b u s n o s t r i s e x s o l v a s, et post tuum obitum proprietas ad ius et dominium[b] sancte Romane ecclesie cum integritate absque diminutione ac molestia revertatur. Quod si nos vel fratres nostros in eandem terram venire, manere vel transire oportuerit, tam in susceptione, quam in procuratione atque securo conductu, prout apostolica sedes decreverit, honoremur. Qui vero arces tenuerit, vel Rector terre fuerit, beato Petro et nobis nostrisque successoribus fidelitatem faciant. Ceterum pro caritate vestra nobili viro Henrico Bawarie duci, genero vestro, et filie vestre, uxori eius, eandem terram cum prefato censu et supradictis conditionibus apostolica benignitate concedimus: ita tamen ut idem dux nobis hominium faciat, et fidelitatem beato Petro ac nob s nostrisque successoribus iuret: post quorum obitum predictum Comitisse Mattilde allodium ad ius et dominium sancte Romane ecclesie, sicut supra dictum

---

imperatorem vero Lotharium complicatis manibus coram se inclinatum coronam imperii suscipientem. Die Überschrift ist überliefert bei Otto Fris. (fortges. v. Rachwin) III, 10:

Rex venit ante fores, iurans prius Urbis honores,
Post homo fit papae, sumit quo dante coronam.

a) Theiner schreibt quando. b) Theiner: dominum.

*) Bernhardi a. a. O. S. 482, Anm. urgiert diesen Ausdruck als gebrauchte Umschreibung, um den technischen Ausdruck beneficia zu vermeiden.
**) Nach Giesebrecht IV, 86 Anm. ist aus dem Übergang vom Singular in den Plural nichts zu schliessen (?)

est, integrum et absque diminutione atque difficultate aliqua reducatur. Salvo tamen semper in omnibus eiusdem sancte Romane ecclesie iure ac proprietate. Datum Laterani VI. Idus Iunii.

VII. Brief Abt Bernhards von Clairvaux an Kaiser Lothar III. 1134.*)

(Migne, Patrologie Cursus T. 182, nr. 139.)

Lothario Dei gratia Romano imperatori Augusto, Bernardus abbas dictus de Clara-Valle, si quid potest peccatoris oratio.

Benedictus Deus, qui vos elegit et erexit cornu salutis nobis, ad laudem et gloriam nominis sui et reparandum imperii decus, ad subveniendum Ecclesiae suae in tempore malo, postremo ad operandum etiam nunc salutem in medio terrae. Ipsius est enim opus, quod corona gloriae vestrae ita in dies ampliatur et sublimatur, mirabiliter crescens ac proficiens in omni decore et magnificentia apud Deum et homines. Ipsius profecto nuper opus et virtus fuit, quod iter satis laboriosum et meticulosum, pro pace regni et Ecclesiae liberatione susceptum, in tanta prosperitate peregistis.**) Romae siquidem imperialis culminis plenitudinem gloriosissime assecutus, idque, quod maius fuit, in manu non magna, ut animi fideique magnitudo clarius emineret. Quod si ante tantillum exercitum terra tremuit et quievit, quantus putamus horror hostium corda invadere habeat, cum coeperit rex procedere in magnitudine brachii sui? Animabit insuper honnesta causa[a]; imo duplex provocabit necessitas. Non est meum hortari ad pugnam; est tamen — securus dico — advocati Ecclesiae arcere ab Ecclesiae infestatione schismaticorum rabiem; est Caesaris propriam vindicare coronam ab usurpatore Siculo. Ut enim constat Iudaicam subolem***) sedem Petri in Christi occupasse inuriam; sic procul dubio omnis, qui in Sicilia regem se facit, contradicit Caesari.

Si autem utrumque incumbit Caesari, restituere scilicet quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo, cur apud Tullum res Dei minuitur, cum Caesar nihil ibi lucretur? Verendum

---

a) Mabillon schreibt honestas causae. Möglich ist auch die Lesеart honestae causae.

*) Über den hl. Bernhard v. Clairvaux s. neben der älteren Biographie v. Neander die Schrift: Hüffer, der hl. Bernhard v. Clairvaux, I. Bd. 1886; Thiel, Die polit. Thätigkeit des Abtes Bernhard v. Clairvaux; Chevalier, Hist. de St. Bernard; Vacandard, St. Bernard et le schisme d'Anaclet II. en Italie. Vgl. auch Nitzsch, Stauf. Studien, Sybels Hist. Zeitschr. III, S. 328 ff.
) 1. Römerzug Lothars 1132—33. *) Anaklet II.

est, ne minimorum neglectus, impedimentum sit maximorum. Hoc est quod dico: Ecclesia Sancti Gengulfi graviter iniusteque, ut dicitur, in illa civitate*) opprimitur, et aiunt vestrae prudentiae nescio qua fraude subreptum, ut domino papae, per iustitiam subvenire paranti, vestrae interventu precis obviaretis. Obsecro et consulo consultius agi, noxiam rēvocari precem, dari locum iustitiae, antequam ecclesia illa funditus destruatur. Pauper sum ego, fidelis tamen vester, et si videor importunus, fortassis inde est. Dominam imperatricem in Christi charitate oppido[a] salutamus.

VIII. Lothars III. Brief an Innocenz II. über die Aussöhnung mit den Staufern und den Halberstädter Bischofsstreit, Okt. 1135.**)

(Jaffé, Bibliotheca V, 523 ff.)

Conmonuit nos sepe et rogavit paternitas tua, ut, quantum possemus, salva inperiali reverentia, rigorem nostrum contra inperii inimicos remitteremus ipsisque propter necessitatem, que eclesie inminebat, locum consequende gratie nostre concederemus.***) Quod ut competentius fieret, non nostre sed divine fuit ordinationis; que omnia, quemadmodum voluisti et petisti, sui misericordia ad honorem eclesie et inperii mitigavit et composuit.

Siquidem, tam materiali quam spiritali uterque convictus gladio, Fridericus in Babenberh, Conradus in curia proxime celebrata ad gratiam nostram venit;†) ambo ad eclesie ser-

a) = firmiter, valde.

*) zu Toul in Lothringen.

) Über die Aussöhnung mit den stauf. Brüdern vgl. Giesebrecht IV, 102 f., 108 f. u. Anm.; Bernhardi a. a. O. 562 u. 579; Maurenbrecher S. 159 f. Über den Halberstädter Bischofsstreit Bernhardi S. 586, ebenso die früher citierten Monographien über Lothars Verhältnis zur Investiturfrage. Friedrich söhnte sich am 18. Mai 1135 zu Bamberg mit Lothar aus, Konrad um Michaeli zu Mühlhausen. *) Über diese Vermittelung des Papstes, der einen neuen Römerzug des Kaisers unter Beteiligung der stauf. Brüder wünschte, sowie über die persönliche Beteiligung des hl. Bernhard v. Clairvaux bei dem Bamberger Ausgleich vgl. namentlich Giesebrecht a. a. O. †) Annales Erphesf. 1135 (M. G. S. S. VI, 540): Quem (Chuonradum) imperator benigne suscipiens omnia, quae illius ante fuerant, restituit, regiis donis honoravit, ad propria cum gloria redire permisit. — Kinnamos II, 20 (Bonner Corpus Byzant. pg. 88): *Ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι* (Friedrich u. Konrad) *οὐχ ἀνασχόμενοι εἰ τῆς πατρῴας ἐκπεσοῦνται ἀρχῆς, νεωτέροις ἐγχειρεῖν ἔγνωσαν πράγμασιν· ὃ γνοὺς ὁ Λουτήρης, γέρων μὲν καὶ ἄλλως ἀκριβῶς ἂν καὶ ἡλικίας πόρρω ἥκων, φύσει δὲ καλοκαγαθίᾳ συνὼν ἀεὶ καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ σὺν ἁπλότητι καὶ λέγειν καὶ πράττειν εἰδώς, ὡμολόγει ἐπ᾽ αὐτοὺς μὲν ἀρχὴν διαβιβάσαι, ἐπειδὰν τὸ χρεὼν αὐτὸν καταλήψεται* (?).

vicium sacramento nobis obligati. Quos tamen non minus tibi obligatos sub hac cautela et condicione recepimus: ut plenitudinem absolutionis sue non nisi aput tuam paternitatem obtineant.

Ita omnibus pro voto compositis, omnino ad liberationem eclesie essemus obligati, si Halberstadensi eclesie melius consultum esset.

Super cuius negocio sepius hoc anno nuntios et litteras nostras tibi direximus; in quibus, teste Deo, nil nisi rei veritatem et ordinem executi sumus, omnino circa hoc intenti, ut pacem et concordiam eidem reformaremus eclesie. Qualiter autem id quidam mendatiis suis perverterint teque a consilio nostro averterint, iterato tibi scribi non oportet. Hoc tamen pro constanti tibi promittimus, quod coram eclesia Romana in presentia tua vita comite evidenter probabimus, omnia se ita habere, sicut nuncio nostro et litteris tibi significavimus. Nec tamen ob contemptum consilii nostri minus vellemus, si quo modo unitas et concordia reformari potuisset. Satisque passi fuissemus, si in hoc malo aliquis usus fuisset. Quod longe aliter est.

Dum enim secundum paternitatis tue preceptum eclesia illa in eligenda persona convenire debuisset tam eclesie quam inperio idonea, due partes facte sunt. Nam canonici matricis eclesie electionem de Martino preposito — factam aliquando — proponebant hancque omnes, exceptis quatuor, unanimiter affirmabant; tres tantum alias personas eiusdem ecclesie secundario designantes, ut, si huius canonice reiceretur, unam istarum obtinerent. Regulares vero, nullam istarum approbantes, assensum his non prebuerunt. Sicque communi utriusque partis consilio electionem in sequentem diem distulerunt.

Interim regulares, advocatis quatuor sicut diximus de maiori eclesia, Gerhardum prepositum elegerunt; clero et populo alterius partis invito et reclamante et appellante apostolicam audientiam sub testimonio canonice censure, que iubet nullis invitis dari episcopum vel pastorem.

Quia vero in partibus Saxonie maxime in prefata eclesia inperialis dignitas consistit, saltem adhuc paternitas tua nobis adquiescat; et audita utraque parte, ita nobis eos remittas, ut, salva libertate electionis, nos pro consilio archiepiscopi et suffraganeorum, adhibitis religiosis personis, talem provideamus, qui eclesie et inperio expediat.*) Talis enim necesse est ut eligatur, qui in exequendis his, que Dei et cesaris sunt, vires habeat et scientiam.

*) Vgl. die einschlägige Stelle im Wormser Konkordat (III. nr. 21). Am 1. März 1136 wurde zu Goslar nach Kassierung der beiden früheren Wahlen in Gegenwart des Kaisers, des Legaten Gerhard, des Erzbischofs v. Mainz u. des Bischofs v. Hildesheim der Vicedominus der Halberstädter Kirche, Rudolf, gewählt.

Ut autem simplici oculo[a] nos hec que diximus desiderare cognoscas, legatum tuum cardinalem ad nos dirigas, quo presente et consulente eclesie desolate succuratur.

Scire autem te volo: quia, natale Domini Spire celebraturi, convocatis principibus, de Romana expedicione tractabimus. Ad quam curiam legatum et litteras tuas mitti desideramus, per quas archiepiscopos et abbates qualicumque comminatione ad tuum et nostrum servicium commonefacias.

IX. Lothars III. Lehensgesetz vom 6. November 1136.

(Constitutio de feudorum distractione.)

Mon. Germ. legg. II, 83 f.

[Chuonradi III. Capitula de Beneficiis 1130 (M. G. legg. II, 38**): 1. Si post mortem domini vasallus vel post mortem vasalli heredes eius per annum et diem steterint, quod dominum vel heredem eius non adierint fidelitatem pollicendo, si tale sit beneficium, ut fidelitas praestanda sit investituram petendo, ipsum perdat. 2. Ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obstante praescriptione, revocare. 3. Similiter in ostandiciis petendis. 4. Item si clericus habens beneficium a rege datum, non solum persone set ecclesie datum, ipsum per suam culpam perdat, vivente eo et honorem ecclesiasticum habente ad regem pertineat, post mortem vero eius ad successorem revertatur. — Zu ostandiciae vgl. Corpus iuris civilis lib. feud. II tit. XL: Hostendiciae dicuntur adiutorium, quod faciunt domnis Romam cum rege in hostem pergentibus vasalli, qui cum eis non vadunt; verbi gratia in Lombardia de modio XII denarios, in Teutonica terra tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum solummodo eius anni, quo hostem faciunt.]*)

Lotharius**) divina favente clementia tertius Romanorum imperator, pius, felix, universo populo. Imperialis benivolentie proprium iudicamus subiectorum commoda investigare, et eorum diligenti cura mederi calamitatibus, similiter bonum publicum statum ac dignitatem imperii privatis commodis preponere. Quocirca omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam presentium noverit universitas, qualiter dum aput Roncalias secundum anti-

a) Matth. VI, 22.

*) Pertz hat diese Kapitula Konrad II. zugewiesen; nach Stumpf, Reichskanzler nr. 3365 u. Giesebrecht IV, 41 Anm. sind sie von Konrad III. erlassen. Waitz, Verf. VI, 2 hat sie neuerdings unter Annahme einer späteren Redaktion Konrad II. zugeschrieben. Dagegen wendet sich Giesebrecht in den Nachträgen zum II. Bd. S. 714. — Nach Ficker, Vom Heerschilde S. 66 kommt es nicht vor der Mitte des 12. Jahrh. vor, dass Vergabungen zu Lehen an Reichskirchen gemacht werden. **) Pertz gibt dieses Gesetz im allg. nach dem Cod. Palatinus nr. 772 in der Vatikanischen Bibliothek (12. Jhd.) unter Anführung der Varianten v. acht anderen Handschriften; ich übergehe letztere, da sie eine sachliche Bedeutung nicht haben.

quorum consuetudinem [imperatorum][a] pro iustitia et pace regni componenda sederemus, omnia quae ad honorem imperii spectare videntur sollicite indagantes, pernitiosissimam pestem et rei publice non mediocre detrimentum inferentem resecare proposuimus. Per multas enim interpellationes ad nos factas didicimus, milites beneficia passim distrahere, ac ita omnibus exhaustis, suorum seniorum servitia subterfugere; per quod vires imperii maxime attenuatas cognovimus, dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis exutos ad felicem nostri nominis expeditionem transducere non valeant. Hortatu itaque atque consilio archiepiscoporum [,episcoporum][a], ducum, marchionum, comitum palatinorum, ceterorumque nobilium, simul et iudicum, haec edictali lege in evum Deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia que a suis senioribus habet, absque ipsorum permissu distrahere, vel aliquod commertium adversus tenorem nostre constitutionis excogitare, per quod imperii vel dominii minuatur utilitas. Si quis vero contra saluberrima nostre constitutionis praecepta ad huiusmodi illicitum commertium accesserit, vel aliquid in fraudem legis machinari temptaverit, pretio ac beneficio se cariturum cognoscat. Notarios vero qui super tali contractu libellum vel aliud instrumentum conscripserint, post ammissionem officii infamie periculum sustinere sanccimus. Data die 6. mensis Novembris, indictione 15.

X. Schreiben der auf dem Bamberger Reichstage versammelten Fürsten an den Erzbischof Konrad I. von Salzburg, Mai 1138.*)

(Jaffé, Bibliotheca V, 529 f.)

[Otto Fris. Chron. VII, 23: Conradus rex in pentecosten curiam in praefata civitate (Bamberg), ut condictum erat, cum maximo regni fastigio, maximo conventu principum habuit, ubi omnes Saxones simul cum viduata imperatrice venientes, ultro se suae ditioni subdidere. Canonicus Wissegradensis Cont. Cosm. (M. G. S. S. IX, 144): Omnes principes et quique primates ac familiares regni sui statuerunt, quatenus in sancta solemnitate penthecostes, quod erat 11. Kal. Jun., curiam et concilium Bamberk in civitate facerent, et ut omnes ad regnum suum spectantes ibidem in praedicto tempore conveniant, et ut electio sua pariter corroboraretur ab omnibus, et insignia regalia coram cunctis principibus a Ratisponense duce reciperentur. — Bernhardi vermutet in diesem Bericht eine Art Auszug des Einladungsschreibens zum Bamberger Reichstage.]

Venerabili domino C(onrado) Dei gratia Salzburgensis ecclesiae archiepiscopo T(heodewinus) sanctae Romanae ecclesiae

a) von Pertz aus den anderen Handschriften eingeschaltet.

*) Jaffé gibt diese Urkunde nach derselben Handschrift, wie Nr. VI, b.

cardinalis, A(lbero) Trevirensis archiepiscopus, O(tto) Babinbergensis episcopus cum omnibus principibus Babinberg congregatis servare unitatem spiritus in vinculo pacis.

Sicut iustum est nos sentire de vobis et multis patet indiciis, in omnibus, quae dicitis aut facitis, sincere credimus quia solius Dei gloriam et quae sunt Iesu Christi queritis. Propter quod tam bene de vobis speramus, ut nichil honori vestro derogans putetis, ubicumque ad pacis et concordiae conpagem (ad) ecclesiae et regni utilitatem per quos(cunque) aliquid operatur Dominus. Nam, licet corpore absens, cum omnibus bonis in uno spiritu estis praesens.

Quare nichil vos moveat, tanquam ad iniuriam vel repulsam vestram pertineat, quod (Deo auc)tore in electione domni regis C(onradi) paribus votis convenimus*); quam propter instantem necessitatem et emergentia scandala et clandestinas machinationes, nec vestrum vel cuiusdam contemptum intend(entes, peregimus). Immo, quod in domino fecimus, in eo iure de vestro assensu praesumimus. Hic simplex oculus totum defendit nostrae actionis co(rpus)**).

Quod vero, quosdam archiepiscopos episcopos duces et principes simi(lem re)pulsam et contemptum moleste ferre, in litteris vestris nobis significastis, satis mirari non possumus Nam omnes uno ore uno corde nobiscum sentiunt; excepto solo duce (Bava)riorum cum paucis suis fautoribus. Quemidcirco a nostris consiliis segregavimus, quia a matre nostra sancta Romana ecclesia non parum n... quam sua potentia suffocavit; (et in)super insignia regni arripiens et adhuc retinens, regno et ecclesiae merito se suspectum reddidit.

Propter quae requirenda et consilia (nobiscum) pro statu regni communicanda et rationes vobis evidentius monstrandas ad futuram curiam in festo sancti Johannis (baptistae) Ratisponae reverentiam vestram summopere invitamus, ut nobiscum Deo annuente praecaveatis, ne (pax) ecclesiarum ulla turbetur tempestate bellorum.

Vgl. die Schreiben Alberos v. Trier (ibidem S. 528 f.) u. König Konrads an denselben (S. 530 f.). Über den Bamberger Reichstag u. diese Schreiben handeln Giesebrecht IV, 174 f.; Bernhardi, Jahrb. d. d. G. unter Konrad III. S. 38 ff.; Maurenbrecher a. a. O. S. 161 f.

*) bezieht sich auf die tumultuarische Wahl Konrads zu Koblenz durch einige wenige Fürsten der Rheinlande unter Leitung Alberos v. Trier (wem vergleichbar?) u. unter Anwesenheit des päpstl. Legaten Dietwin, 7. März 1138. Auf dem zahlreich besuchten Reichstage in Bamberg wurde dann nachträglich die Zustimmung der Mehrheit der deutschen Fürsten eingeholt. **) Matth. 6, 22: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

XI. Brief Abt Bernhards v. Clairvaux an Konrad III. 1140.*)

(Migne, Patrol. Curs. T. 182, nr. 183.)

Scripta vestra et salutationes tam devotus suscipio, quam modicus sum ad illa. Modicus dixerim dignitate, sed non devotione. Querimoniae Regis nostrae sunt, et maxime illa, quam dignanter exprimitis de invasione Imperii.**) Regis dedecus, regni diminutionem nunquam volui; volentes odit anima mea. Legi quippe: ‚Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit' et: ‚Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit' (Rom. XIII, 1, 2). Quam tamen sententiam cupio vos et omnimodis moneo custodire in exhibenda reverentia summae et apostolicae Sedi et beati Petri Vicario, sicut ipsam vobis vultis ab universo servari imperio. Sunt quae non putavi scribenda; praesens ea fortassis opportunius intimarem.

XII. Schreiben Konrads III. an Kaiser Johannes Komnenus, 12. Februar 1142.***)

(Otto Fris. Gesta I, c. 25 (Neue Schulausgabe v. Waitz).

Conradus Dei gratia Romanorum imperator augustus Iohanni eadem gratia Constantinopolitano imperatori salutem et fraternam dilectionem. Amicitiam, honorem et gloriam, ut parentes nostri,

*) Mabillon setzte diesen Brief in das Jahr 1139, Jaffé in d. J. 1150, Giesebrecht IV, 201 Anm. schwankt zw. 1139 u. 1140, Bernhardi a. a. O. S. 180 entscheidet sich für das Jahr 1140, Neumann, Bernhard v. Cl. u. die Anfänge des zweiten Kreuzz., u. Kugler, Neue Analekten z. Gesch. d. 2. Kreuzzugs verweisen ihn nach 1146. **) Invasio imperii (derselbe Ausdruck in nr. XII u. nr. XXI meiner Sammlung), wohl auch dedecus regis, diminutio regni beziehen sich auf die Belehnung Rogers durch Innocenz II. 1139 (s. nr. IV., Anm.); die beiden letzteren Ausdrücke bezieht Giesebrecht auf die Aufstände in Deutschland. „Mehr noch als durch Roger musste sich Konrad durch Innocenz gekränkt fühlen, der in seinem Vertrag mit den Normannen in keiner Weise einen Vorbehalt der Rechte des Reiches auch nur angedeutet hatte." Hierüber beklagte sich Konrad in einem Briefe an Bernhard, der ihm aber kurz und ausweichend erwidert. „Der Hinweis auf geduldige Ergebung unter die Verfügung des Papstes zeigt, dass Bernhard von einer Verletzung der Reichsrechte durch Innocenz nichts wissen wollte." (Bernhardi). Wie sehr sich die Gesinnung Bernhards gegen Roger seit der Aussöhnung des letzteren mit Innocenz II. geändert hat, zeigen die Briefe nr. 207—9, namentlich folgende Stelle in Brief nr. 207 (Einleitung): Longe lateque satis dilatata est magnificentia vestra super terram. Etenim gloria nominis vestri quos fines non attigit? Vgl. damit den Brief an Lothar III. 1134 (oben nr. VII.).

***) Über Kaiser Johannes (1118—1143) s. Wilken, Rer. ab Alexio I. Johanne etc. gest. libri IV, 490—522; Finlay, Hist. of Byzant. and Greek Empires from MLVII to MCCCCLIII, 158—177; Hopf, Geschichte Griechen-

videlicet Romanorum imperatores, antecessores nostri, ad antecessores vestros, scilicet regnum et populum Grecorum, constituerunt, constituo, et sicut servaverunt, conservabo. Non est gens, regnum aut populus, qui non noverit, nostrae Romanae rei publicae vestram Novam Romam et dici et fore filiam, ex huius radice ramos et fructus eius processisse; propter quod hereditatem, quae a matre debetur filiae, constituimus aeternamque volumus, et eo amplius, quod, quae matri debetur, filiam velle cernimus, scilicet ut auctoritas materna precinat consilio, auxilio, respondeat autem gloria et honore filiastina dilectio. Sint ergo res utriusque communes, utriusque amicus idem, idem inimicus, sive in terra sive in mari, et cognoscat ac timeat matris virtutem et valentiam, qui non honoraverit filiam, sive Normannus sive Siculus sive quis alter quicumque ubicumque. Neque enim obliti sumus vel ego vel principes imperii nostri quoscumque hostium nostrorum incursus vel invasiones in imperium et magnificentiam Romanam. Sed cum divina clementia subveniet, retribuemus unicuique ipsorum secundum multitudinem ipsorum maliciae. Videbit ergo et audiet universa regnorum latitudo, quam facili manu prosternentur latrones, qui insurrexerunt in utriusque imperii nostri monarchiam, quia cooperante Deo, si alas excutiemus, hostem modo volitantem capiemus et cordis eius eviscerabimus audaciam, quae modo extollitur contra utriusque imperii nostri honorem et gloriam.*) Conservamus igitur quae iusta et amicabilia sunt ad vos, eadem vos ad nos, et tanto studiosius, quanto per coniugium**) sororis dilectissimae coniugis nostrae, imperatricis videlicet nobilissimae, et filii tui confederati sumus propinquius.

Verum quia de nostris hylarescere successibus dilectionis et nobilitatis tuae credimus experientiam, quid post discessum prudentissimorum apocrisiariorum tuorum in generali et sollempni curia***) cum universis imperii nostri principibus celebrata, cui

lands im Mittelalter, S. 155 ff. Über die drei Gesandtschaften Johannes' (1. angek. Anfang 1140, 2. angek. Ende 1141 oder Anf. 1142, 3. angek. 1143) vgl. Bernhardi a. a. O. S. 265 ff. Unser Schreiben ist die Antwort Konrads auf des Kaisers zweite Gesandtschaft und aus Regensburg datiert. Vgl. darüber Giesebrecht IV, 202 f. u. Anm. u. Bernhardi S. 269 ff.

*) Giesebrecht: „Mit Unlust liest man diese gedunsenen Phrasen, kann sie aber mit dem Tone, den Konstantinopel so oft gegen das Abendland angeschlagen hatte, vielleicht entschuldigen.“ **) Gemeint ist die Verlobung mit der Schwester der Königin und Tochter des Grafen Gebhard v. Sulzbach, Bertha, der späteren Kaiserin Irene. Johannes hatte durch seine erste Gesandtschaft um eine Prinzessin aus der Familie des deutschen Königs („aliquam regalis sanguinis puellam“) für seinen Sohn angehalten, worauf Konrad die Hand seiner Schwägerin anbot.. ***) Bernhardi, der mit Giesebrecht die vorausgehenden Worte auf die erste byz. Gesandtschaft bezieht, versteht unter curia den Reichstag zu Frankfurt 1140.

eos interesse voluimus, Deo auxiliante actum sit, tibi sicut unico fratri nostro et amico dilectissimo dignum duximus intimare. Noveris igitur, quod omnes qui imperium nostrum offendisse videbantur, cooperante Deo, potenter nostro imperiali iure inclinavimus, eosque in plenitudinem gratiae nostrae suscipientes, universas imperii nostri partes habundanti pace ditavimus.*) Ad hoc Francia, Hyspania, Anglia, Dania caeteraque regna imperio nostro adiacentia cottidiana legatione sua cum debita reverentia et obsequio nos frequentant, ad ea quae imperii nostrii mandata sunt se prompta esse tam obsidibus quam sacramentis affirmantes.**) Nolumus etiam latere discretionis tuae prudentiam, quod domnus papa***) totaque Apulia, Italia et Longobardia de die in diem adventum nostrum desiderant et, ut nostra eis imperiali subveniamus potentia, cum omni devotione expostulant. Huius rei gratia dilectissimum et precordialem imperii nostri principem Embriconem venerabilem Herbipolensem episcopum, amicum tuum, ad exquirendam domni papae voluntatem Romam dreximus.†)

Cognita vero ipsius circa nos voluntate, communicato principum nostrorum consilio, ea quae ad utriusque imperii nostri honorem spectant per karissimos et prudentes nuncios nostros, Robertum scilicet principem Capuanum, illustrem utique virum ac nobilem nobisque fidelem, necnon Albertum, dilectum capellanum nostrum et in fide constantem, tuae significamus nobilitati. Hos igitur tamquam nos audias, et quae tibi dixerint, sicut decet excellentiam tuam et sicut de te speramus et credimus, ad effectum perducas, et honestos et ydoneos apocrisiarios tuos una cum nunciis nostris sine dilatione ad nos remittas.

Preterea de Reutenis, qui ad contemptum imperii nostri, occisis hominibus nostris, pecuniam nostram sibi usurpaverunt, sicut convenit in causa amici et propinqui tui et sicut nobis scripsisti, ita facias. Militibus quoque imperii nostri, Alemannis scilicet, qui aput te sunt, sicut decet magnificentiam tuam, benignus existas. Nichilominus etiam te rogamus, ut hominibus

*) Welche Friedensstörer sind hier gemeint? Ist die Angabe wahr? **) Nach Giesebrecht stand Konrad schon damals in näheren Beziehungen zu König Alfons VII. von Kastilien; 1151 vermählte sich dieser mit Richildis, einer Tochter Wladislaws von Polen und der Agnes von Österreich, einer Halbschwester Konrads. — Der dänische Königssohn Petrus oder Sven befand sich wohl damals bereits am Hofe Konrads, wenn auch dessen Anwesenheit erst Ostern 1142 urkundlich bezeugt ist. (Stumpf nr. 3442; vgl. auch Saxo Gramm. XIV, 692). ***) Vgl. nr. IV. Anm. u. nr. XI. meiner Sammlung. †) Bernhardi vermutet die Reise Embrikos in der Zeit zw. Mitte Juli u. Anf Dez. 1141, da die Anwesenheit Konrads am Anf. (Stumpf nr. 3431) u. am Schluss dieser Frist urkundlich bezeugt ist. Jedoch die Ausstellungszeit jener Urk. nr. 3431 ist nicht sicher; gewiss ist nur, dass sie vor dem 17. Juli 1141 ausgestellt ist.

imperii nostri, Teutonicis videlicet, qui Constantinopoli morantur, locum in quem ad honorem Dei aecclesiam edificent concedas, tum respectu divinae remunerationis, tum etiam interventu ac peticione nostrae dilectionis.*) Recordari quoque debet tua discretio, quod nos in litteris prioribus, per prefatum capellanum nostrum tuae nobilitati presentatis, hoc idem a te pro Dei amore et honore petivimus, quia, si ipse qui dat salutem regibus fuerit in medio nostri, certum est, quod non gaudebunt inimici nostri. Datum 18. Kalendas Marcii Ratisponae, in Christo feliciter. Amen.**)

XIII. Schreiben Konrads III. an Kaiser Manuel I. 1145.***)

(Otto Fris. Gesta I, c. 25.)

Conradus vere[a] Dei gratia Romanorum imperator augustus karissimo fratri suo Manuel Porphirogenito Comiano, illustri et glorioso regi Grecorum, salutem et fraternam dilectionem. Nobilitatis tuae litteras, ut a tanto et tam caro amico nostro serenitati nostrae transmissas, gratanter excepimus et, viso earumdem tenore, de incolomitate et sublimitate tua admodum gavisi sumus. Sed, auditis a Nikoforo, tuae dilectionis prudenti apocrisiario, preter illa quae in litteris continebantur quibusdam verbis duris et, ut verum fateamur, ab omni retro tempore inauditis, et nostrae maiestatis, ultra quam lingua explere valeat, perturbata est mansue-

a) fehlt in Recension A u. C.

*) Über die Kirchen, welche die Venetianer in der Hauptstadt des oström. Reiches besassen, vgl. Hopf a. a. O. 150 f. **) Die Antwort des Kaisers ist erhalten Otto Fris. Gesta I, 24; darin erklärt Johannes seine Zustimmung zu den Wünschen des deutschen Königs; nur von dem Bauplatz zu einer Kirche für die Deutschen schweigt er.

***) Kaiser Johannes war am 8. April 1143 gestorben; seine zur Abholung der Braut seines Sohnes bestimmte dritte Gesandtschaft kehrte auf die Nachricht hievon ohne die Braut zurück. In den Jahren 1143 u. 44 fanden zwischen Johannes' Nachfolger. Manuel I. (1143—1180), und König Roger von Sizilien Unterhandlungen statt; doch die Gegensätze der sizil. und griech. Politik waren unvereinbar, es kam zu einem neuen Bruche. Ende 1144 od. Anf. 1145 schickte nun Manuel eine Gesandtschaft an Konrad III. zur Erneuerung des von seinem Vater geschlossenen Bündnisses und zur Abholung seiner Braut. Die Abreise der griechischen u. deutschen Gesandtschaft mit der jungen Braut fand bald nach dem 27. März 1145 statt (Jaffé, Konrad III. S. 263); dieser Gesandtschaft ist unser Schreiben übergeben worden. Über die Sendung Bischof Embrikos nach Konstantinopel s. Otto Fris, Gesta I, c. 24. Über Kaiser Manuels Politik s. H. v. Kap-Herr, Abendländische Politik des Kaisers Manuel, u. Bernhardi a. a. O. S. 409 ff. Giesebrecht IV, 215 f. übergeht die Unterhandlungen zw. Manuel u. Roger. Über das Schreiben s. Giesebrecht 215 f. Anm. u. Bernhardi S. 414 f.

tudo, et est ammirata universa imperii nostri latitudo.*) Unde vel a quo hoc tam amarum verbum processerit, presertim cum inter caetera huius mundi regna Grecorum regnum omni sapientia et discretione actenus floruerit, admodum mirati sumus. Si enim idem nuncius tuus Nikoforus unicum filium nostrum Heinricum in presentia nostra morti dedisset, ad maiorem iram maiestatis nostrae animum provocare non poterat. Cumque iam per triduum in hoc acerbo laborasset et rigorem nostri animi nullo ingenio nullaque sapientia ad suam voluntatem inflectere potuisset, vix tandem quarto die aliis verbis dulcioribus excellentiam nostram exhilaravit, nostraeque furore indignationis mitigato, nobilitatis tuae voluntatem nobis aperuit.

Et quoniam ita nunc est et esse debet, quod tu, amicorum am'cissime, uxorem accipies dilectissimam filiam nostram, sororem videlicet nobilissim̄ae contectalis[a] nostrae, volumus, ut in sit aeternum fedus perennis amicitiae, quam videlicet amicitiam presente apocrisiario tuo ore et manuscripto firmari iussimus, ita videlicet, ut et amici amicorum tuorum et inimici simus inimicorum tuorum. Proinde certa sit prudentia tua, quod, si tuae nobilitati undecumque aliqua molestia vel iniuria fuerit illata, non hanc tibi tantum, sed etiam nobis factam iure dilectionis reputamus, quoniam virtutis tuae nobilitas et maxime generosi sanguinis, quo in pignus perpetuae dilectionis confederati sumus, propinquitas nos invitat, ut te tamquam filium karissimum totius ulnis caritatis amplectamur et cuncta quae tibi placita sunt libenti animo faciamus. In qua re iustum arbitramur, ut eandem amicitiam nobis et imperio nostro firmari facias, ut, completis omnibus honorifice, utrique imperio debitus honor exinde deferatur et pax et nomen Christi per universum mundum inde magnificetur.

Porro de quingentis militibus, quos nobilitas tua petiit, hoc tibi respondemus, quod non solum quingentos, sed etiam duo vel tria milia, si necesse habueris, tibi mittemus et, quod magis est, antequam detrimentum aliquod honoris tu patite videremus, elaborata[b] totius imperii nostri fortitudine, in propria persona tibi, sicut precordiali filio et fratri carissimo, deficere et deesse non possemus.

Preterea scripsit nobis tua nobilitas, quod magnos et caros nuncios sinceritati tuae mitteremus; in quo voluntati tuae acquievimus, quoniam quos cariores habuimus excellentiae tuae transmisimus, scilicet carissimum et precordialem nostrum Embriconem venerabilem Wirziburgensem episcopum, illustrem et magnum im-

a) contoralis? b) statt elaborata liest Giesebrecht devorata.

*) Der Charakter des Zwischenfalls lässt sich aus der Aufschrift des Briefes schliessen (vere! imperator augustus! regi Graecorum!).

perii nostri principem, qui est cor nostrum et anima nostra, necnon dilectum nostrum Robertum, illustrem et nobilem principem Capuanum. Misimus etiam quasi utrasque manus nostras germanos duos fratres, scilicet fratrem Bernonem, virum sapientem et religiosum, et fratrem ipsius Riwinum,*) qui nobis valde carus est et familiaris et nobilis, et honorandum principem imperii nostri Rogerium, illustrem comitem de Ariano, cuius fidem et constantiam sepius experti sumus, et Gualterum, fidelem nostrum. Istis itaque ea quae in litteris non continentur industriae tuae referenda commisimus, quorum verbis fidem adhibeas et quae tibi dixerint tamquam a nobis dicta credas.

De Ruthenis vero, pro quibus patri tuo divae recordationis Iohanni imperatori per fidelissimum capellanum nostrum Adalbertum et per comitem Alexandrum de Gravina scripsimus, et de loco, in quo nostris Teutonicis ad honorem Dei aecclesiam edificari[a] volumus, et de nobilibus baronibus Apuliae, Alexandro videlicet Clarimontis, Philippi de Surre et Heinrico comite et Senne Pustellis, ille noster precordialis Wirziburgensis episcopus et caeteri familiares nostri voluntatem nostram tibi referent; quibus tamquam nobis credas.

Super his omnibus fidelem apocrisiarium tuum Nikoforum, licet in principio legationis suae nos conturbaverit, tibi attentius commendamus, et quia constanter perduravit, ut eum remuneres, rogamus. Vale. De hoc actenus.

XIV. Erster Brief Bernhards v. Clairvaux an den Papst Eugen III., Februar 1145.**)

(Migne, Patrol. Curs. T. 182, nr. 238.)

[Boso, Eugenii III. vita (Watterich II, 281 : Eugenius III., natione Tuscus, patria Pisanus, qui Bernardus, sancti Anastasii abbas; sedit annis VIII, mensibus IV, diebus XX et cessavit episcopatus eius diebus III. Hic electus est ab episcopis et cardinalibus ex insperato concorditer apud monasterium sancti Caesarii, ubi omnes fratres propter metum et senatorum et populi Romani, consurgentis ad arma, convenerant in unum.]

Amantissimo Patri et domino, Dei gratia summo Pontifici Eugenio, Bernardus Clarae-Vallis vocatus abbas, modicum id quod est.

a) Recension A u. B (1. 3): edificare.

*) Berno u. Richwin sind nach Giesebrecht die Stifter des Klosters Ebrach und wahrscheinlich staufensche Ministerialen. (Vgl. Wegele, Mon. Eberac. S. 3.)

**) Ich setze den Brief in die Zeit zw. der Wahl Eugens III. (15. Februar) u. der Anzeige v. seinem Regierungsantritte (2. März 1145; Jaffé, Reg. Pont. nr. 6128). — Vgl. über dieses Schreiben Giesebrecht IV, 225; Bernhardi a. a. O. S. 455 f.

Auditum est in terra nostra et celebri sermone vulgatum verbum hoc, quod factum est de vobis a Domino. Presseram stilum hactenus, rem tacitus considerabam. Exspectabam enim litteras vestras, et praeveniri a vobis in benedictionibus dulcedinis. Exspectabam virum fidelem, qui veniret a latere tuo, qui diceret cuncta per ordinem: quid, quomodo, vel qualiter actum esset. Exspectabam, si quis forte de filiis meis reverteretur, qui leniret dolorem patris, qui diceret: Joseph filius tuus vivit, et ipse dominatur in tota terra Aegypti (Gen. XLV, 26). Hinc est, quod litterae istae non sunt voluntatis, sed necessitatis, et amicorum extortae precibus, quibus negare non possum modicum illud quidquid residuum est vitae meae. [Iam enim de reliquo breves erunt dies mei, et solum mihi superest sepulcrum][a]. Quia tamen semel coepi, loquar ad dominum meum. Iam enim filium dicere non audeo, quia filius in patrem, pater mutatus est in filium. Qui post me venit, ante me factus est; sed non invideo, quia quod mihi deerat, in eo me habere confido, qui non solum post me, sed etiam per me venit. Nam si dignaris, quodammodo per Evangelium ego te genui. Quae est ergo spes nostra et gaudium nostrum et corona gloriae? Nonne vos ante Deum? Denique filius sapiens gloria est patris (Prov. X, 1). Amodo tamen non vocaberis filius, sed vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit. Haec est mutatio dexterae Excelsi, et multi in mutatione ista gaudebunt. Nam quemadmodum olim Abram in Abraham, Iacob in Israel; et, ut de tuis magis praedecessoribus tibi proponam, sicut Simon in Cepham, Saulus in Paulum: sic filius meus Bernardus in patrem meum Eugenium, laeta prorsus et utili, ut speramus, translatione promotus est. Digitus Dei est iste, suscitans de pulvere egenum et de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus et solium gloriae teneat.*)

Superest, ut, facta hac mutatione tui, ipsa quoque, quae tibi commissa est, Domini tui sponsa mutetur in melius et iam ne quaquam Saraï, sed Sarra de caetero nominetur. Intellige quae dico; dabit enim tibi Dominus intellectum. Si amicus sponsi es, ne dixeris dilectam eius Principem meam, sed Principem, nil tuum in ea vindicans, nisi quod pro ea, si oportuerit, etiam

a) findet sich nur in zwei Handschriften.

*) Vgl. die Stelle im gleichzeitigen Schreiben an die Kardinäle (nr. 237): „Parcat vobis Deus; quid fecistis? Sepultum hominem revocastis ad homines; fugitantem curas et turbas curis denuo implicuistis, et immiscuistis turbis. . . . Ridiculum profecto videtur, pannosum homuncionem assumi ad praesidendum principibus, ad imperandum episcopis, ad r e g n a e t i m p e r i a d i s p o n e n d a. Ridiculum, an miraculum? Plane unum horum. Non nego, non diffido posse fuisse hoc etiam opus Dei, qui facit mirabilia magna solus: praesertim cum audiam usquequaque ex ore multorum, quoniam a Domino factum est istud.“

*) Boczek gibt dieses Schreiben nach einem Pergamentkodex des 14. Jhd. im Kapitelarchiv zu Olmütz; er bezieht dasselbe irrtümlich auf den Kreuzzug nach dem hl. Lande. Vgl. über dasselbe Giesebrecht IV, 259 f. u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 549 u. die früher citierten Monographien. Über den Verlauf des Wendenkreuzzugs Giesebrecht IV, 296 ff. u. Bernhardi S. 563 ff. — Auch Papst Eugen III. förderte das Unternehmen durch eine Bulle vom 11. April 1147 (Jaffé, Reg. Pont. nr. 6297). — Das Manifest scheint auf dem Reichstage zu Frankfurt in der zweiten Hälfte des März 1147 abgefasst.

conuertuntur declinantes a malo, parati facere bonum. Sed aliud dampnum veretur longe amplius de conuersione gentium, quum audiuit plenitudinem earum introituram et omnem quoque Israhel fore saluandum. Hoc ei nunc tempus imminere videtur, et tota fraude sathagit versuta malitia, quemadmodum obuiet tanto bono. Suscitauit proinde semen nequam filios sceleratos paganos, quos, ut pace vestra dixerim, nimis diu sustinuit christianorum fortitudo perniciose insidiantes dissimulans calcaneo suo nec conterens capita venenata. Sed quia dicit scriptura: Ante ruinam exaltabitur cor; fiet ergo deo volente, ut eorum superbia citius humilietur et non propter hoc impediatur via Iherosolymitana. Quia enim verbum hoc crucis paruitati nostre dominus euangelizandum commisit, consilio domini regis et episcoporum et principum, qui conuenerant Frankonouort, denunciamus, armari christianorum robur aduersus illos et ad delendas penitus aut certe conuertendas nationes illas signum salutare suscipere, eandem eis promittentes indulgentiam peccatorum, quam et hiis, qui versus Iherosolimam sunt profecti. Et multi quidem signati sunt ipso loco, ceteros autem ad opus simile prouocauimus, ut qui ex christianis necdum signati sunt ad viam Iherosolimam, nouerint eandem sese indulgentiam hac adepturos expeditione, si tamen prestiterint in ea pro consilio episcoporum et principum. Illud enim omnimodis interdicimus, ne qua ratione ineant fedus cum eis, neque pro pecunia neque pro tributo, donec auxiliante deo aut ritus ipse aut natio deleatur. Vobis sane loquimur archiepiscopis et coepiscopis vestris, opponite omnino, ut maximam super hiis geratis sollicitudinem et, quantumcumque potestis, studium adhibeatis et diligentiam, ut viriliter fiat, et secundum deum ministri Christi estis, et idcirco fiducialius a vobis exigitur, ut negotio eius, quod ad vos spectat, inuigiletis. Nos quoque plurimum id rogamus et obsecramus in domino. Erit autem huius exercitus et in vestibus et in armis et faleris ceterisque omnibus eadem, que et alterius exercitus obseruatio, quippe quos eadem retributio munit. Placuit autem omnibus in Frankeneuort congregatis, quatenus exemplar istarum litterarum ubique portaretur et episcopi atque presbyteri populo dei annunciarent et eos contra hostes crucis Christi, qui sunt ultra Albim,[a] signo sancte crucis consignarent et armarent, qui nimirum omnes in festo apostolorum Petri et Pauli*) aput Magdeburg conuenire debent.

a) Boczek: ultra albi.
*) 29. Juni.

XX. Brief Abt Wibalds v. Korvei an Bischof Hermann v. Konstanz, März 1150.*)

(Wibaldi epp. nr. 234; Jaffé, Bibliotheca I, 353 f.)

Reverendo patri suo et domino H(ermanno) sanctae Constantiensis aecclesiae venerabili episcopo frater W(ibaldus) Dei gratia id, quod est in aecclesia catholica, salutem in eo, qui mandat salutes Iacob.

Pro moderatione, qua predita est dulcis anima vestra, placuit benignitati vestrae gratulari regiae curiae, quod nostram ei nunc assidue exhibeamus presentiam. Set nos, venerande pater, non sumus momenta rerum nec publicis negociis quicquam possumus emolumenti conferre et, ut nostra fert opinio,

Nos numerus sumus et fruges consumere nati[a].

Siquidem post insperatam et ab omni humano consilio et opere ferme alienam et de celis traditam victoriam**), voluimus et, quantum in re militari oportuit, suasimus, ut dominus noster rex, quem propicia divinitas miris et clementibus beneficiis conservat et provehit, non cessaret successus urgere suos, et hostes suos, incomparabili dampno affectos metuque et angore animi perculsos, invaderet, ac sese aliquando ad faciendum iudicium et iusticiam, ad subveniendum matri suae ecclesiae***), accepta tam mirabili oportunitate, expediret. Contradicebat inveteratus ille Achitofel†), qui vix ingentem dissimulare tristiciam poterat, et, assumpta sanctioris amiciciae persona, de tempore et auris causabatur et sacratissimi ieiunii religionem predicabat et astruebat: oportere hominem, quem iustus Dominus qui iusticias diligit iam iudicavit, legitimis induciis et interpellationibus in ius vocari; pium esse et conveniens, nullam captivis lesionem inferri. De

---

a) Horaz, epp. I, 2, 27.

*) Dieses Schreiben gewährt Einblick in die verschiedenen politischen Strömungen am Hofe Konrads III. Vgl. Giesebrecht IV, 333 f. u. Anm.: Bernhardi a. a. O. S. 799 f.; ferner Janssen, Wibald v. Stablo u. Korvei; Mann, Wibald Abt v. Stablo u. Korvei nach seiner politischen Thätigkeit. — In der Datierung folge ich Giesebrecht. **) Graf Welf VI., welcher auf seiner Rückkehr vom Kreuzzuge mit König Roger ein Bündnis geschlossen u. im Frühjahr 1149 die Waffen erhoben hatte, wurde bei Flochberg unweit Nördlingen vom jungen Könige Heinrich vollständig geschlagen. Vgl. des letzteren Berichte an Kaiser Manuel u. dessen Gemahlin (Wibaldi epp. nr. 244 u. 245; Jaffé, Bibliotheca I, 366 ff.). ***) Wibald schreibt unmittelbar nach dem Siege bei Flochberg, in einem Briefe an Eugen III. (Wibaldi epp. nr. 232; Jaffé, Bibliotheca I, 352): Per quod (Sieg bei Flochberg) confidimus complanatas esse omnes difficultates, que videbantur obsistere ad introitum domni regis in Italiam. †) Giesebrecht u. Bernhardi vermuten nach dem Vorgange von Behrends in dem alten Fürsten den Herzog Konrad v. Zähringen, dessen Tochter sich mit dem Neffen Welfs, Heinrich, vermählt hatte.

quibus quidem nos, officii nostri innocentiam attendentes, nihil censueramus; set, ut patri et episcopo confiteamur, in mente nostra erat, ut non solum unus homo set etiam multi morerentur pro populo, et non tota gens periret. Popularis erat senis oratio et ad hominum negligentiam pigriciam ac desidiam accommoda. Nos tamen contra nitebamur et asserebamus: fama constare bella et res magnas celeritate[a] adiuvari, dilationem semper nocuisse paratis: iudiciorum, que tanto pondere opponerentur, vocem intra paucissimos pagos vix posse audiri; opus bellicum cum aliquo splendore gestum per maiorem orbis partem diffundi. Inermem vicit oratio armati, cuius tamen arma effecerant, ne is, cui persuadebat, ad perfectum vicisset.*) Ita factum est, ut nec bellum geramus nec iudicia exherceamus; set spe rerum inanium animos pascimus. De captivo vestro**) bene vobis ad integrum responsum est; nos instanter curabimus, ut verba effectus consequatur. Valete.

XXI. Brief Konrads III. an die Kaiserin Irene, April 1150.***)

(Wibaldi epp. nr. 243; Jaffé, Bibliotheca I, 363 ff.)

C(onradus) Dei gratia Romanorum imperator augustus precordialiter dilectae filiae suae E(irenae) a Deo coronatae et exaltatae Grecorum imperatrici paternam dilectionem et certum ac fidele in omni oportunitate auxilium.

Prius quidem preclaram nobilitatem tuam tam ex vinculo cognationis quam ex affectu adoptionis plurimum diligebamus; set tua fides, tua pietas, tua devotio, tua liberalitas, quam nobis officiose exhibuisti, tunc scilicet, quando manus Domini et infirmitate corporali et rerum incommodis nos afflixerat et humiliaverat, tantum ardorem sanctae caritatis in nostra mente circa te adauxerunt, ut eam nulla difficultas, nullum periculum, nulla rerum varietas possit extinguere. Ita igitur in animum nostrum induximus, ita in corde nostro omni ambiguitate remota firmavimus, ut — etiamsi nulla federis, nulla artioris amiciciae religio

a) So emendiert Giesebrecht; Jaffé schreibt celebritate.

*) Hist. Welf. c. 28 (M. G. S. S. XXI, 468): Fridericus fratruelis regis, sororius eiusdem Guelfonis, medium se ad compositionem faciendam interposuit, captivosque duci reddi ac regem de cetero securum penes illum esse provida deliberatione confirmavit. Rex ergo accepto consilio Guelfoni aliquos reditus de fisco regni cum villa Mardingen concessit. **) Ein Verwandter des Bischofs v. Konstanz, den Welf in Gefangenschaft hielt. Vgl. Wib. epp. nr. 233: Jaffé, Bibliotheca I, 353.

***) Über dieses Schreiben vgl. v. Kap-Herr, Abendländische Politik des Kaisers Manuel, S. 40; Bernhardi a. a. O. S. 815 f. — S. auch den gleichzeitigen Brief Wibalds an Manuel (Jaffé, Bibliotheca I, 246 f.; Wib. epp. nr. 246).

inter nos et gloriosum et predilectissimum fratrem nostrum, tuum utique maritum, magnificum et excelsum Grecorum imperatorem, aliquando intercessisset — parati tamen et intenti essemus, sua omnia tanquam nostra diligere, suis inimicis tanquam nostris resistere.

Porro in conventione pacti, quae inter nos et ipsum omni cum benivolentia firmata est, condicio necessaria interposita fuit: quod scilicet ea, quae prenominata et prescripta fuerant, utrique compleremus, nisi alter vel uterque nostrum morte seu gravi infirmitate vel amittendi imperii periculo id perficere prohiberetur; atque, transacta illa tam gravi et tam non negligenda necessitate, ad observandi et inplendi studium denuo accingeremur.*) Nunc ergo tibi, tanquam

*) Dies ist die wichtigste Quellenstelle für die Kenntnis des Vertrages, welchen Konrad III. bei seinem zweiten Aufenthalte in Konstantinopel, auf seiner Rückkehr vom Kreuzzuge, wahrscheinlich noch im J. 1148 mit Manuel I. geschlossen hat. Vgl. dazu noch Kinnamus II, 19: *Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν πάλαι προομολογηθέντων ἀνεμίμνησκεν αὐτῷ· ἦσαν δὲ ταῦτα, ὅπως Ἰταλίαν εἰς ἕδνον τῇ βασιλίδι ἀνασώσαιτο Εἰρήνῃ, ἣν καὶ αὐτὸς συγγενῆ οὖσαν τῷ βασιλεῖ κατηγγύησεν. Ὁρκίοις οὖν δευτέροις αὐτός τε καὶ Φρεδερίκος τὰ σφίσι δεδογμένα πιστώσαντες τῆς Ῥωμαίων ἀπαλλάττονται γῆς.* Der römische Kanzler Guido schreibt in einem Briefe an Wibald vom Oktober 1149 (Wib. epp. nr. 198; Jaffé, Bibliotheca I, 316): Sicut domno papae ac nobis significatum est et rumores etiam increverunt, pater ipsius (Heinrici) rex Conradus mala pro bonis (Unterstützung Heinrichs durch den Papst während des Kreuzzugs seines Vaters), quod Deus avertat, reddere nititur et cum Constantinopolitano imperatore sanctam Romanam aecclesiam, catholicorum omnium matrem, graviter, si poterit, affligere et infestare disponit. Wenn in dem Vertrage eine Länderabtretung stipuliert war, so konnte sie, in dem für Byzanz günstigsten Falle, nur das normannische Unteritalien umfassen (vgl. übrigens den Titel des Normannenkönigs: Rogerius dei gratia Siciliae et Italiae rex!). Kugler, Studien z. G. d. zw. Kr. S. 202 ff. vertritt die Ansicht, dass in der That von Konrad die Abtretung eines Teiles von Italien zugesichert worden sei; auch Giesebrecht IV, 294 u. Anm. hält es nicht für unwahrscheinlich, „dass für den Fall eines günstigen Ausgangs des Krieges die Zurückgabe einzelner früher griechischer Besitzungen in Italien an den byz. Kaiser stipuliert wurde". Kap-Herr a. a. O. S. 32—36 verneint die Möglichkeit einer derartigen Zusicherung, hält also die Nachricht bei Kinnamos für erfunden u. zwar hauptsächlich, weil Konrad in unserm Briefe den Siculus tyrannus als einen invasor imperii nostri bezeichnet u. weil die Nachricht in die „verdächtige Beziehung zu einer Mitgift" der Irene gebracht ist. Bernhardi a. a. O. S. 682 vertritt die frühere Ansicht gegenüber Kap-Herr. Und in der That konnte Konrad trotz der Zusicherung einer Länderabtretung den König Roger als einen invasor imperii nostri bezeichnen, weil er eben an der Zugehörigkeit Unteritaliens zum weströmischen Reiche im Princip stets festgehalten hat. Wenn er in eine teilweise Abtretung Unteritaliens willigte, so konnte er von seinem Standpunkte aus (vgl. nr. XII u. XIII meiner Sammlung) eine solche nimmermehr zugestehen auf Grund alter Ansprüche des byzantinischen Reiches. Man griff also zu einem in allen Zeiten üblichen Auskunftsmittel; was Byzanz auf Grund alter Ansprüche forderte, versprach Konrad abzutreten als Mitgift seiner

karissimae filiae nostrae et imperii nostri cognatae, causas familiariter et breviter aperiemus, pro quibus in Longobardia post exitum nostrum a vobis manere et promissa implere nequivimus, pro quibus ad partes Alamannie modis omnibus nos properare, ordo quidem rerum et imperii nostri clamor ad nos usque perlatus non absque gravioris consilii ratione persuasit.

Siquidem, ut tua sapientia perfecte novit, dominus ille Welpho, qui[a]) vir magnae nobilitatis et potentiae in regno nostro habetur — neque fide, qua eum in extrema necessitate adiuvimus, neque beneficiis, quibus eum commode auximus, aliqua ratione commonitus — per Sicylie tyrannum a Hierosolimis reditum habuit et, accepta non parva ipsius infami pecunia, per sacramenta et per obsides ei firmavit, quod nos et nostros et nostrum imperium perturbare et infestare modis omnibus laboraret. Quod, postquam ad propria rediit, adiunctis sibi quibusdam perfidis non parvi aput nos momenti et nominis, instanter facere cepit, filios nostros, tuos utique nepotes amantissimos et bonae spei plenos, invadendo et in terra ipsorum, quae illis patrimonii iure competit, inimica quedam castella edificando. Hoc igitur tam atrocis rei nuncio accepto, cum fama, ut in talibus fieri solet, omnia in deterius multiplicaret, prevenire cuncta et comprimere maturavimus; atque ad partes Alamanniae subito et improviso adventu accessimus.

Dum itaque in componendis et pacandis omnibus diligentiam adhibemus, tanta nos infirmitas corporalis in fine Augusti mensis invasit, ut usque ad pascha Domini gravioribus negociis vix utiles esse possemus.

Intra quod temporis spacium, cum essemus in civitate Spira ad iusticias regni faciendas et ad exercenda publica iudicia, prenominatus Welpho cum dulcissimo filio[a]) nostro, tuo nepote, bonae indolis iam adolescentulo, ad Romani imperii fastigium Deo auctore per nos et principes nostros coronato, prope castellum nostrum Flochperhc acie conserta dimicavit; ubi, nos divina protegente misericordia, suorum multis tam cede quam captione amissis, noctis beneficio adiutus, vix evasit.

Quo munere celestis misericordiae accepto, dum contra communis hostis nostri, Siculi videlicet tyranni, temerariam insolentiam nos expedire et accingere studemus, nunciatur nobis, quod

---

Schwägerin Bertha v. Sulzbach, der jetzigen Kaiserin Irene. „Die Beziehung auf die Kaiserin Irene" ist also keineswegs eine „verdächtige Umgebung". Übrigens sprechen auch die oben erwähnten Befürchtungen der Kurie für eine Länderabtretung. Auch eine Bestimmung des Konstanzer Vertrages (s. nr. XXVII meiner Sammlung) führe ich hauptsächlich auf eine derartige Stipulation zurück. Kap-Herr will überdies den Vertrag in Thessalonich, nicht in Konstantinopel abgeschlossen sein lassen. Dagegen Bernhardi a. a. O. S. 682.

a) von Jaffé eingeschaltet.

omnis Francorum populus cum ipso rege suo contra imperium precellentissimi germani nostri, tui scilicet gloriosissimi sponsi, conspiraret et arma movere, auctore et incentore Sicilye tyranno, cum omni virtutis suae conatu disponeret. Quam rem non facile spernendam vel omittendam ratum duximus, set finem rerum expectare et aut tumultum reprimere aut nos et imperium nostrum pro fratre nostro et rebus ipsius opponere decrevimus. Excusatos nos sufficienter credimus, veritatis existente constantia, tam de incursatis regni nostri finibus quam de invalitudine corporali. Et plane de divino adiutorio confidimus, quod *in brevi promissa nostra fideliter complebimus, non solum quia spopondimus, verum etiam quia nos de invasore imperii nostri vindicare summopere desideramus.*

Et ut precelsus vir tuus maiorem de nobis amicicie certitudinem et adimplendi conventiones habeat, firmiorem inter nos affinitatem, sicuti cum presentes essemus inter nos tractatum et firmatum fuit, ad presens fieri disponimus, ita videlicet: ut gloriosus filius noster, qui imperii nostri successor et heres est designatus et coronatus, neptem unam mariti tui, sublimis Grecorum imperatoris, uxorem presenti tempore ducat, de duabus scilicet alteram. Quae electio in tui pectoris sapientia constabit, ut illa nobis transmittatur, que moribus et forma noscetur a te, que eas educasti, precellere, sicut honor utriusque imperii et predulcissimi nepotis tui celsitudo opus habere in tali re cognoscitur. Cetera vero, que ad eundem contractum rite peragendum pertinere videntur, posuimus in ore comitis Alexandri de Gravina, qui utrique imperio perpetua fidelitate servire manifeste consuevit, et verbi huius mediator et tractator[a] ex precepto utrorumque, cum apud vos essemus. Quem, in rebus imperii vestri fideliter ut semper solet laborantem, a Venecia fecimus ad nos vocari, quatinus per eius industriam secretum hoc, sicut in ceteris consuevimus, ad egregium valeat finem perduci. De cuius celeri reversione benignam intelligentiam tuam studiose admonemus; quia, cum sublimis nepos tuus iam adultus sit, oportet, ut tam personae ipsius quam imperio nostro in contrahendo matrimonio sine mora provideamus. Scire possunt inimici nostri, qui *disseminando mendatia turbare nos et disiungere moliuntur*, quod amicicіae nostre nexus indissolubilis perseveret.*)

---

a) nach Jaffé ist hier fuit ausgefallen.

*) Über die Versuche, Konrad vom Bündnisse mit Manuel abzuziehen und mit Roger auszusöhnen, schreibt Wibald im April 1150 an den Kardinaldiakon Guido (Wib. epp. nr. 252; Jaffé, Bibliotheca I, 377 f.): „Porro in capite quadragesime (1. März) domnus *abbas Clarevallensis* (vgl.

XXII. Schreiben Abt Bernhards v. Clairvaux an Papst Eugen III., Mai 1150.*)

(Migne, Patrol. Curs. T. 182, nr. 256.)

Non est leve verbum, quod sonuit; triste satis et grave est. Et cui triste? Imo cui non triste? Soli filii irae iram non sentiunt nec tristantur tristibus, sed laetantur et consultant in rebus pessimis. De caetero communis tristitia est, quia communis est causa. Bene fecistis iustissimum zelum nostrae gallicanae Ecclesiae collaudando et corroborando àuctoritate litterarum vestrarum. Non est, dico vobis, in causa tam generali et tam gravi tepide agendum, sed ne timide quidem.**) Legi apud

---

nr. XI meiner Sammlung) misit domno regi litteras per episcopum Frisingensem, in quibus collaudabat dominum illum Siciliae, eo quod in multis utilis et necessarius fuisset catholicae aecclesiae, futurus utilior, si non prohiberetur virtute et potentia nostri principis; de quorum pace et concordia se libenter acturum promittebat, si sciret, domino nostro non fore ingratum. Visus est hoc ipsum innuere domnus Theodewinus Sanctae Rufinae episcopus in litteris suis, quas post reditum suum a Iherosolima, cum per Siciliam transitum habuisset, domino nostro scripsit. Ad cuius verbi assensum nos animum nostrum et consilium domini nostri, quantum in nobis fuit, inclinare nequaquam voluimus, nisi prius, quid super haec in beneplacito domni papae esset, certius intelligeremus; nec tamen ei super hec scribere presumpsimus, ne videremur altiora nobis appetere et in secreta ipsius temeraria importunitate irruere". Ihm antwortet der Kardinaldiakon c. 24. Juni 1150 (Wib. epp. nr. 273; Jaffé, Bibliotheca I, 401): „Illud vero, quod a domno Conrado serenissimo rege per quasdam religiosas personas perquisitum fuisse significastis, sciatis, de voluntate domni papae vel conscientia nullatenus processisse; presertim cum sciamus, hominem illum, de quo mentionem fecistis, nichil honorificentiae regii culminis exhibiturum, nisi regium adventum in Tuscia vel in Romania iam certo certius presentiret. Nec Romanae aecclesiae expediret, ut, ea exclusa, tales personae super tanto negocio convenirent. Set si ad partes Italiae regium culmen divina providentia traxerit, tunc sancta Romana aecclesia commode et honeste se interponere poterit; et domino nostro regi Conrado preces et quasi violentiam inferendo, illum vero minis et terroribus conveniendo, quicquid pium, quicquid sanctum, quicquid regiae magnificentiae dignissimum fuerit, sine ulla dubitatione poterit terminari. — Vgl. Kap-Herr a. a. O. S. 39 f.; Giesebrecht IV, 327 u. 339 u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 813 f.

*) Der Brief scheint kurze Zeit nach der Versammlung v. Chartres (7. Mai 1150) abgesandt worden zu sein, da der Papst bereits am 19. Juni in einem Schreiben an Abt Suger v. St.-Denis die dort vollzogene Wahl Bernhards zum Anführer des neuen Kreuzzugs genehmigte. — Vgl. über das Schreiben Wilken a. a. O. III, 1, 277 ff.; Giesebrecht IV, 338 f. u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 820; Thiel. Politische Thätigkeit Bernhards v. Clairvaux. **) Schon im April 1150, auf einem Hoftage zu Laon, hatte man in Frankreich einen neuen Kreuzzug in Beratung gezogen; zur definitiven Beschlussfassung hatte man dann eine Versammlung zu Chartes am 7. Mai

quemdam sapientem: Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate (Seneca, epist. 22, ad Lucillum). Ego autem dico, fideli homini magis et inter flagella fidendum. Intraverunt aquae usque ad animam Christi, tacta est pupilla oculi eius. Exserendus est nunc uterque gladius in passione Domini, Christo denuo patiente, ubi et altera vice passus est. Per quem autem nisi per vos? Petri uterque est; alter suo nutu, alter sua manu, quoties necesse est, evaginandus. Et quidem de quo minus videbatur, de ipso ad Petrum dictum est: Converte gladium tuum in vaginam (Ioh. XVIII, 11). Ergo suus erat et ille, sed non sua manu utique educendus.*)

---

verabredet. Abt Suger v. St.-Denis hatte Eugen III. von den Beschlüssen dieser Versammlung verständigt; dieser sodann in einem Schreiben v. 25. April zwar den Eifer belobt, seine Bedenken aber gegen das Unternehmen nachdrücklich ausgesprochen (Jaffé, Reg. Pont. nr. 6516): „Gravem namque christiani nominis iacturam, quam nostris temporibus ecclesia Dei sustinuit, et recentem adhuc effusionem sanguinis tantorum virorum ad memoriam revocantes, grandi timore concutimur, et moeror inconsolabilis renovatur."

*) Vgl. die berühmte Verteidigungsschrift Bernhards v. Clairvaux „De Consideratione" IV, c. 3, § 7 (Separatausgabe v. Hurter): „Quid tu denuo usurpare gladium (sc. materialem) tentes, quem semel iussus es ponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic: „Converte gladium tuum in vaginam." Tuus ergo et ipse, tuo forsitan nutu, etsi non tua manu evaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret et is, dicentibus Apostolis: ‚Ecce duo gladii hic', non respondisset Dominus: ‚Satis est', sed ‚Nimis est'. Uterque ergo Ecclesiae et spiritualis scilicet gladius et materialis; sed is quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus est: ille sacerdotis, is militis manu sed sane ad nutum sacerdotis et iussum imperatoris". Der Schlusspassus ist in die Bulle „Unam sanctam" aufgenommen. Vgl. dazu Reinkens, Papst u. Papsttum nach der Zeichnung des hl. Bernhard von Clairvaux; Molitor, Die Dekretale Per Venerabilem von Innocenz III. S. 92 f. („Der Gedanke, dass die beiden Schwerter in der Kirche u. in ihrer Gewalt sind, gehört in dieser charakteristischen Fassung dem hl. Bernhard an, u. jene Stellen, wo er davon spricht, lassen keinen Zweifel darüber, dass er der Kirche beide beigelegt habe"): Bernhardi a. a. O. S. 181; Berchtold, Die Bulle Unam Sanctam S. 16—18. Dagegen Philipps, Kirchenrecht II, S. 1240 u. Hergenröther, Katholische Kirche u. christl. Staat in ihrer geschichtl. Entwicklung S. 382 („Das materielle Schwert gehört zwar zunächst dem weltlichen Fürsten zu, soll aber mindestens nach dem Rate u. der Mahnung der Kirche gebraucht werden. Es gehört der Kirche nicht absolut, sondern nur in gewissem Sinne, insofern es ihr Beistand leisten, sie unterstützen und schirmen soll. Das Bild soll zunächst die notwendige Harmonie beider Gewalten ausdrücken"). — Ich füge hieran eine Stelle aus dem Polycraticus (IV, c. 3) des berühmten Zeitgenossen Friedrich Barbarossas, Johann v. Salisbury: „Hunc ergo gladium (sc. saecularem) de manu ecclesiae accipit princeps, quum ipsa tamen gladium sanguineum omnino non habeat. Habet tamen et istum, sed eo utitur per principis manum, cui coercendorum corporum contulit potestatem, spiritualium sibi in

Tempus et opus esse existimo ambos educi in defensionem orientalis Ecclesiae. Cuius locum tenetis, zelum negligere non debetis. Quale est hoc, principatum tenere et ministerium declinare? Vox clamantis: Venio Ierosolymam iterum crucifigi. (Egesippus, De excid. lib. III, c. 2). Ad quam vocem etsi alii tepidi, alii et surdi sint, successori Petri dissimulare non licet. Loquetur et ipse: Etsi omnes scandalizati fuerint, sed non ego (Matth. XXVI, 33): nec terrebitur damnis prioris exercitus, quibus magis resarciendis operam dabit. Numquid ideo non debet facere homo quod debet, quia Deus facit quod vult? Ego vero pro tantis malis tanquam Christianus et fidelis meliora sperabo et omne gaudium aestimabo, quod in varias tentationes incidimus. Revera panem doloris comedimus et potati sumus vino compunctionis. Quid diffidis, amice sponsi, quasi non more suo vinum bonum servaverit usque adhuc benignus et sapiens sponsus? Quis scit, si convertatur et ignoscat Deus et relinquat post se benedictionem. Et certe sic operari, sic iudicare superna divinitas solet; scienti loquor. Quando magna bona mortalibus provenerunt, quae non magna praevenerint mala? Nam, ut caetera taceam, nonne illud unicum et singulare beneficium nostrae salutis praecessit mors Salvatoris?

Tu ergo, amice sponsi, amicum te in necessitate probato. Si triplici illo amore, de quo tuus interogatus est praedecessor, tu quoque toto corde, tota anima, tota virtute Christum diligis, ut oportet, nihil reservabis, nihil dissimulabis in tanto periculo sponsae eius; sed quidquid habes virium, quidquid zeli, quidquid solicitudinis, quidquid auctoritatis, quidquid potestatis, impendes. Singulare periculum singularem exigit operam. Fundamentum concutitur, et tanquam imminenti ruinae totis est nisibus occurrendum. Et haec propter vos, fidenter quidem, sed fideliter dicta.

De caetero verbum illud, quod iam, ni fallor, audistis: quomodo videlicet in C a r n u t e n s i c o n v e n t u*) – quonam iudicio satis miror — m e q u a s i i n d u c e m e t p r i n c i p e m m i l i t i a e e l e g e r u n t, certum sit vobis, nec consilii mei nec voluntatis meae fuisse vel esse; sed nec possibilitatis meae — quantum metior vires meas — pervenire usque illuc. Quis sum ego, ut disponam castrorum acies, ut egrediar ante facies armatorum? Aut quid tam remotum a professione mea, etamsi vires suppeterent, etiamsi peritia non deesset? Sed neque hoc meum est vestram docere sapientiam;

pontificibus auctoritate reservata. E s t e r g o p r i n c e p s s a c e r d o t i i q u i d e m m i n i s t e r, et qui sacrorum officiorum illam partem exercet, quae sacerdotis manibus videtur indigna." Vgl. auch Bd. 3, nr. X S. 27 Anm. meiner Sammlung. *) Über die Versammlung v. Chartres handeln überdies der Brief Bernhards nr. 364 u. die Briefe Abt Sugers v. St.-Denis nr. 133–35 u. 155.

nostis haec omnia. Tantum obsecro per illam charitatem, qua mihi specialiter debitores estis, ne me humanis voluntatibus exponatis, sed, sicut singulariter vobis incumbit, divinum consilium perquiratis et operam detis, ut sicut fuerit voluntas in coelo, sic fiat.

XXIII. a) Schreiben Konrads III. an die Pisaner über seine Vorbereitungen zum Römerzuge, Ende September 1151.*)

(Wibaldi epp. nr. 344; Jaffé, Bibliotheca I, 477 f.)

C(onradus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus consulibus, capitaneis et universo populo Pisano, tam minoribus quam maioribus, gratiam suam et bonam voluntatem.

Post reditum nostrum a Iherosolimitana expeditione omnem animi nostri intentionem converteramus, ut absque morae prolixioris interventu ad res Italiae ordinandas et pacandas ingrederemur. Inde fuit, quod legatos excellentissimi fratris nostri Grecorum imperatoris ad universitatem vestram direximus; de fide et constantia vestra plurimum confidentes, quatinus ipsorum industria et vestra potenti virtute hostis utriusque imperii usque ad adventum nostrum sine intermissione bellicis incursibus quassaretur. Decet itaque patriae principem, grates ac benivolentiam rependere his, qui ad tam egregium opus peragendum animo et opere inparati non fuerunt, sicut illis non immerito pena debetur acerbior, qui tantos rei publicae provectus demoliri temptaverunt. Sed ardentissimum nostrae voluntatis studium manus divina, quam nemo mortalium potuit evadere, inmissa coelitus infirmitate aliquamdiu repressit. Set recuperata per eundem misericordissimum Deum sospitate, transacto sacrae pentecostes festo, generalem curiam apud Ratisponam celebrantes, expeditionem nostram regio more versus Italiam cum magno principum favore et totius militiae alacritate indiximus.**) Similiter et apud Herbipolim***) mediante mense Septembre factum est; ita deinceps

*) Vgl. Giesebrecht IV, 357 u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 895 f. Vgl. auch die gleichzeitigen Schreiben an den Papst u. die Römer (Wib. epp. nr. 340, 346, 345). **) Über den Reichstag zu Regensburg handeln Giesebrecht IV, 352; Bernhardi a. a. O. S. 881 ff. Die der Indictio expeditionis vorhergehende Beschlussfassung ist hier, wie so oft, nicht erwähnt, jedoch aus den Ausdrücken favore u. alacritate leicht zu schliessen. Die Bestimmung der späteren Rechtsbücher, dass ein Römerzug „vor Jahr u. Tag“ angesagt werden müsse, hat in diesem Zeitraume noch nicht existiert. Vgl. Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis Heinrich VI. nach ihrer staatsrechtlichen Seite Forsch. VII, 116 u. 130. ***) Vgl. über den Reichstag zu Würzburg das folgende Schreiben nebst Anmerkung und Giesebrecht IV, 353 f.; Bernhardi a. a. O. S. 886 ff.

firmato mentis proposito, ut, ad omnes regni nobis a Deo concessi partes celerius accedentes et pace per Dei gratiam ubique firmata, sic ad Urbem et ad vos pervenire valeamus, ut tam bene merentibus premia quam rebellibus poenam rependere debeamus. Ad huius rei evidentem noticiam atque certitudinem faciendam direximus presentes legatos nostros, viros utique illustres ac nobis inter principes nostros familiarissimos, Arnoldum videlicet Coloniensis aecclesiae venerabilem archiepiscopum, Wiboldum Stabulensem et Corbeiensem abbatem, Heinricum curiae nostrae notarium, ad reverendum patrem nostrum papam Eugenium et ad urbem Romam nec non ad ceteras urbes Italiae. Quos venientes ad urbem vestram, quae semper ab inicio in pace et in bello terra marique imperii Romani consuevit esse domicilium, honorifice, ut vestra probitas consuevit, suscipiatis; et tam de militum quam de navium numero, quas in expeditionem Siciliae ob perpetuum felicis remunerationis mercedem exhibebitis, per illorum noticiam nos certos efficiatis. Porro de verbo, quod de inimicorum vestrorum sempiterna humiliatione nobis per legatos nostros, scilicet Constantiensem et Basiliensem episcopos, atque marchionem de Montefarrato suggessistis, preces vestras exauditas esse sciatis. Et quicquid super hoc predicti nuncii nostri vobis confirmaverint, nos esse observaturos non dubitetis; scientes, quod inimicis vestris inimici sumus et odientes vos affligemus.

XXIII. b) Schreiben Abt Wibalds v. Stablo an Kaiser Manuel I. über die Vorbereitungen zum Römerzuge, Oktober 1151.*)

(Wibaldi epp. nr. 343: Jaffé, Bibliotheca I, 475 ff.)

Inclito triumphatori ac serenissimo dominatori, glorioso ac sanctissimo imperatori Grecorum et Romaniae Manueli, excelso, sublimi, Porphirogenito, Wiboldus Dei gratia duorum nobilium monasteriorum abbas, Stabulensis scilicet et Corbeiae, devotum et perpetuum in Domino famulatum et assiduas ad Deum orationes.

Largitori omnium bonorum Deo infinitas gratiarum actiones referimus, qui vestrae mansuetudini dignatus est inspirare, ut nostrae parvitati scribere et de vestrae voluntatis nutu significare dignaremini. Facimus itaque, quod iussistis; et humilibus atque assiduis precibus Dei omnipotentis clementiam cum nobis commissis fratribus exorare studemus, ut tam vestrae celsitudini

*) Vgl. Kap-Herr, Abendl. Politik des Kaisers Manuel, S. 41; Giesebrecht IV, 354 f. u. Anm.; Bernhardi a. a. O. S. 893.

quam domino meo, fratri vestro, C(onrado) Romanorum imperatori augusto sanitatem et incolomitatem et de inimicis victoriam conferre dignetur, et dilatet atque magnificet imperia vestra super omnia regna orbis terrarum, sicut priscis temporibus fuisse per historias veterum cognoscuntur. Hortamur etiam et continuis monitis suggerimus, ut precelsus et gloriosissimus imperator noster amiciciam et societatem vestram fideliter ac firmiter conservet et omnia vestrae maiestati promissa sine ulla diminutione compleat. In quo proposito ipse felicissimus princeps cum magna mentis constantia perseverans, ordinat viriliter expeditionem suam ad partes Siciliae et Apuliae contra communem hostem utriusque imperii. Inde est, quod mediante preterito mense Septembre apud civitatem Herbipolim quosdam principes imperii sui evocavit; ubi etiam convenerunt Coloniensis archiepiscopus, Bremensis archiepiscopus, Halverstadensis episcopus, Cicensis episcopus, Bavenbergensis episcopus, Mersburgensis episcopus, Herbipolensis episcopus, Argentinensis episcopus, Wormaciensis episcopus, Pragensis episcopus et legati diversorum episcoporum ac principum; et de laicis principibus convenerunt marchio de Witin, marchio de Brandeburch, palatinus comes de Bawaria, comes de Wincenburch in Saxonia, prefectus urbis Moguntiae, prefectus urbis Herbipolis, prefectus urbis Bavenberch, et alii multi comites, honorati et nobiles. Qui omnes cum magna voluntatis hilaritate, fide data et iuramento prestito, promiserunt, quod ad eandem expeditionem cum omni virtute et potentia militiae suae venient et prosequentur.*) Nos quoque in eadem expeditione cum nostra militia domino nostro famulantes, sanctissimam faciem vestram et permaximi imperii vestri decorem videre Deo prestante merebimur. Munificentiae imperiali gratias referimus, quod benedictionem vestram nobis adhuc ignotis transmisistis.

---

*) In dem Briefe an Eugen III. schreibt Konrad: Ibique (in Würzburg) expeditionem Italicam, receptis a principibus qui convenerant fide et sacramento, efficaciter ordinavimus. Über die Sitte, Reichsheerfahrten zu beschwören, vgl. Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis Heinrich VI. nach ihrer staatsrechtlichen Seite (Forsch. VII, 117 f.).

XXIV. Konrads III. Stellung zur Investiturfrage.*)

a) Schreiben Abt Wibalds v. Stablo über die Fuldaer Abtwahl, Ende April 1150.**)

(Wibaldi epp. nr. 250; Jaffé, Bibliotheca I, 372 ff.)

Reverendo in Christo patri suo et domino E(ugenio) uni et universali pontifici frater W(ibaldus) Dei gratia et vestra id, quod est in aecclesia catholica, honorem ut patri, timorem ut domino.

*) Witte, Forschungen z. Gesch. des Wormser Konkordates, I. Die Bischofswahlen unter Konrad III. beurteilt Konrad in dieser Beziehung ungünstig: Nach ihm hält Konrad zwar prinzipiell an dem Wormser Konkordat fest, besitzt aber nicht die Festigkeit, die kraft desselben ihm zustehenden Rechte auszuüben; die Wahlen werden unter ihm beschleunigt, so dass eine Anwesenheit des Königs meist unmöglich wird; die Investitur wird zuweilen gar nicht, vielfach erst nach der Weihe eingeholt; im Falle wirklicher Wahrung seiner Rechte wagt es der König nicht, dies dem Papste offen mitzuteilen, er verschweigt Anwesenheit bei der Wahl u. Erteilung der Investitur; bei zwistigen Wahlen schlägt die unterliegende Partei den Weg der Appellation an den römischen Stuhl ein, u. der König macht Rom, wenn auch nicht prinzipiell, so doch von Fall zu Fall, Zugeständnisse im Sinne eines päpstlichen Bestätigungs- oder Entscheidungsrechtes, indem er einen Bericht einliefert u. um Konfirmation seiner Entscheidung bittet; in der Utrechter Bischofsfrage hält er es für nötig, um päpstliche Bestätigung nachzusuchen, ehe nur überhaupt die unterliegende Partei eine Appellation nach Rom gerichtet hat. Gegenüber dieser vierfachen Anklage nimmt Wolfram, Friedrich I. u. das Wormser Konkordat Konrad in Schutz u. macht es wahrscheinlich, dass der König auf den durch das Konkordat garantierten Wahleinfluss niemals verzichtet hat und in den meisten Fällen die Dauer der Vakanz eine Wahrung seiner Interessen ihm auch erlaubte; dass ferner der König die Investitur stets u. zwar vor der Weihe erteilt hat; eine erwiesene Ausnahme mache nur die Salzburger Provinz. Gegenüber den beiden anderen Anklagepunkten ist meines Erachtens die Verteidigung weniger geglückt. Die Entscheidung hierüber hängt namentlich von der Auffassung unserer zwei Schreiben ab, die auch sonst interessante Einblicke in das Wahlverfahren und in die Wahlkämpfe bei Besetzung kirchlicher Stellen gewähren. Bernhardi hat gegenüber dem letzten Anklagepunkte ein neues Moment betont: das Bestätigungsgesuch im Fuldaer u. Utrechter Wahlstreit sei erfolgt, weil in dem einen Falle der Gewählte bereits Abt eines anderen Klosters und in dem anderen Falle der Metropolit (s. Wormser Konkordat!) vom Amte suspendiert war. Jedoch nach Hinschius, System des kath. Kirchenrechts ist zwar von der Kirche gegen Translationen, bei denen nicht eine ganz besondere Einmütigkeit der Wähler hervortrat, stets geeifert worden, aber erst Innocenz III. hat das alleinige Recht der Entscheidung in Translationsfragen für Rom zur Anerkennung gebracht. — Es ist übrigens zu berücksichtigen, dass der Fuldaer Handel bereits früher bei dem römischen Stuhle anhängig u. während des Streites gerade von Wibald der Charakter eines römisch-befreiten Klosters betont worden war; dass ferner in dem einen Falle der Bittsteller Abt Wibald, in dem andern der König selber war. Vgl. das Verfahren Lothars III. im Halberstädter Bischofsstreit. **) Abt Aleholf v. Fulda war Ende des Jahres 1147, während der Abwesenheit Konrads III. auf dem Kreuzzuge, von Papst

Postquam gloriosus filius vester, noster serenissimus dominus, C(onradus) Romanorum rex a Iherosolimitana expeditione reversus fuit, dilectus frater noster H(einricus) Herfeldensis abbas ab administracione Fuldensis abbatiae, quam susceperat, cessit. Itaque dominus noster rex tum pro innumeris vexationibus, quibus Fuldensis aecclesia tam intus quam foris cottidie fatigabatur, tum pro partium studiis, quae de facili componi non poterant, ordinare ipsum monasterium distulit; et sicut in recolligendis possessionibus, quae inordinate fuerant dispersae, potens et efficax esse non poterat, sic in curandis animabus, que aecclesiarum preciosissima est substancia, invigilare et attendere non valebat. Super qua re a nostra parvitate sepe commonitus et ab Eberacensi abbate et aliis religiosis viris, tandem suggestioni adquiescens, venit Fuldam 3 Nonas mensis Aprilis. Cui curiae interfuerunt venerabiles filii vestri, Bremensis archiepiscopus, Wirciburgensis et Halberstadensis episcopi, et alii de laicorum ordine principes et nobiles multi; a quibus inter cetera regni negocia consilium quesivit, qualiter Fuldense monasterium sic Deo auctore ordinaret, quatinus ibidem, que Dei sunt Deo et quae cesaris sunt cesari redderentur. Dubitatum est diu, ut in talibus negociis solet, maxime propter multas in brevi tempore abbatum mutationes et propter partium studia et dissensiones, que in eodem monasterio adhuc fervere noscebantur. Suspensis ergo omnibus, dixit domnus rex, quandam sibi personam a viris religiosis esse ostensam boni testimonii et integrae famae, que rem modicam religione possessionibus et edificiis nobiliter auxisset, de cuius pietate et fide atque constancia nequaquam dubitarent, quin Fuldensi aecclesiae et preesse et prodesse posset; in cuius personae electione si omnium vota concordarent, fore

---

Eugen III. wegen schlechter Amtsführung abgesetzt worden. Der Papst beauftragte dann den Klosterkonvent, einen auswärtigen Geistlichen zum Abte zu wählen. Die Mönche wählten aber trotzdem einen Konventualen ihres Klosters, namens Rogerius. Diesem versagte Eugen III. durch ein Breve vom 8. April 1148 die Anerkennung u. bestimmte zugleich, dass eine Neuwahl unter Aufsicht der Benediktineräbte Heinrich von Hersfeld u. Wibald von Korvei u. der Cisterzienseräbte Adam von Ebrach u. Ruthard von Eberbach stattzufinden habe. Im November 1148 nun wählten die Mönche einen ehemaligen Konventualen ihres Klosters, den Abt Heinrich von Hersfeld; allein bei dem Wahlakte war auser diesem Abte keiner der übrigen päpstlichen Wahlkommissäre zugegen, weshalb Eugen III. auch dieser Wahl seine Anerkennung versagte. Erst Konrad III. hat nach seiner Rückkehr vom Kreuzzuge im April 1150 den Fuldaer Wahlstreit entschieden durch Anordnung einer Neuwahl, die er auf Abt Marquard von Deggingen lenkte: das Verfahren lernt man aus dem Berichte Abt Wibalds an den Papst kennen. Abt Marquard ist dann auch vom Papste konfirmiert worden. Vgl. über den Fuldaer Wahlstreit Witte a. a. O. S. 50—59, 68—71; Wolfram a. a. O. S. 44 ff.; Bernhardi a. a. O. S. 697, 705—707, 719—723, 803, 809.

in brevi, ut cum suo clementiori et propensiori patrocinio Fuldensis aecclesia pristinum suae dignitatis honorem reciperet. Placuit omnibus qui aderant tam pia regis devotio, tam religiosa sentencia; et perlatum est verbum ipsius ad electores a prenominatis episcopis et ab Eberacensi et Hathelesburnensi*) abbatibus, a nobis eciam et ab aliis principibus. Quem sermonem, tanquam divinitus missum, pari consensu et unanimi voto omnes susceperunt, nomenque viri, qui tanto laudis et principis suffragio iuvaretur, sibi exponi flagitabant. Ita celebri cunctorum coniventia elegerunt in abbatem et rectorem animarum suarum et dominum Fuldensis abbatie domnum Marcwardum, abbatem monasterii de Tekkinge,**) qui fuerat nutritus et educatus a puero in monasterio sancti Michahelis in monte in civitate Babenberc et sine querela conversatus. Prefato autem monasterio suo prefuerat annis octo, testimonium habens etiam ab his, qui foris sunt, et provexerat tam in divinis quam in humanis rebus. Qui quoniam ab his, qui eum intime noverunt, plurimum laudatur, et non solum absens set etiam ignorans electus est, et valde invitus et plurimum renitens hoc onus subire compulsus est, adhortante satis domino nostro rege et bona sibi promittente et quodammodo cogente, nostra quoque parvitas vestram celsitudinem intime rogare ausu sanctae caritatis presumit, ut sanare dignemini contritos Fuldenses et alligare contriciones eorum, et per vestrae benedictionis manum, quae sola medicinam prestare potest languoribus, opus, quod circa predictam personam inchoatum est, confirmetis. Hoc quoque sublimitati vestrae indicare studuimus, quod ea die apud Fuldam eramus, quando omnes Fuldenses fratres regulariter et humiliter eidem electo suo subiectionem et obedientiam promiserunt. Salvum vos et incolomem ad regimen catholicae ecclesiae Deus omnipotens custodiat.

b) Schreiben Konrads III. an Papst Eugen III. über die Utrechter Bischofswahl, März 1151.***)

(Wibaldi epp. nr. 324; Jaffé, Bibliotheca I, 452 ff.)

Dilectissimo patri suo E(ugenio) sanctae Romanae aecclesiae summo pontifici C(onradus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam.

---

*) Cisterzienserabt Rapoto v. Heilsbronn bei Ansbach. **) Kloster Deggingen bei Nördlingen.

***) Vgl. Witte a. a. O. S. 71—79; Wolfram a. a. O. S. 48, 50; Bernhardi a. a. O. S. 855, 866, 876, 886; Giesebrecht IV, 347 f., 350, 353.

Vacante Traiectensi episcopatu post discessum piae memoriae Harberti episcopi, misimus ad eandem ecclesiam legatos nostros cum mandatis, motus temerarios, qui in rebus huiusmodi suboriri solent, et direptiones rerum aecclesiasticarum fieri auctoritate nostra prohibentes. Mandavimus etiam eiusdem urbis clero honoratis et populo, ut depositis partium studiis sese electioni futurae in spiritu concordiae et humilitatis prepararent, nec tale aliquid animositate certandi committerent, in quo libertas electionis canonicae ius libertatis amittere convinceretur. Verum ipsi, libertatem pietatis a patribus indultam in velamen maliciae assumentes, dissensionibus et ambitione rem totam perturbare ceperunt et longo tempore tantam potestatis tam in spiritualibus quam in secularibus rebus magnitudinem absque rectore fluctuare permiserunt. Ceterum ad animum rediens, maioris ecclesiae prepositus et eiusdem ecclesiae decanus cum reliquo clero et universis nobilibus unanimi consensu in domnum Herimannum, ecclesiae sancti Gereonis in Colonia prepositum, virum scilicet integrae vitae et probati testimonii, convenerunt. Set quidam ministeriales eiusdem ecclesiae, tumultu facto armisque illatis, coegerunt quosdam de eodem clero denominare et quodammodo eligere Frithericum prepositum sancti Georgii in Colonia, hominem videlicet infra aetatem et ordines, cuius ignorantia fautores ipsius ad subversionem ecclesiae abuterentur.*) Nos itaque, de tantae ecclesiae ruina compassione clementi condolentes, iterato misimus eis cum preceptis regalibus legatos, imperantes eis, quatinus omni occasione postposita mediante quadragesima,**) quae transacta est, nostro sese conspectui presentarent, accepturi ex regio more contentionum finem et urbis suae dominum, qui melioribus suffragiis iuvaretur. Venit itaque prefatus Herimannus ad presentiam nostram cum suis electoribus. Set illi, qui iuvenem elegerant, iuveniliter agentes neque venerunt neque canonicam excusationem seu legitimam transmiserunt; nisi quod pater predicti F(ritherici) prepositi, comes videlicet A(dolfus), absque attestatione cleri et populi et certis per epistolas mandatis venit et negotium differri

---

*) Ann. Egmundani (M. G. S. S. XVI, 456): Post cuius (Hartberti) obitum de eligendo episcopo grandis discordia tam inter clericos quam inter laicos facta est, aliis Frithericum, filium Adolfi, comitis de Huevelle, aliis Heremannum, praepositum sancti Gereonis de Colonia, eligentibus. Comites siquidem, ecclesiae homines, Gelrensis Heinricus, Holtlandensis Theodericus, Clevensis Theodericus Heremannum investiri, instantissime laboraverunt. Omnes autem ministeriales et cives civitatis Traiectensis et Davantriae et omnes agricultores et cuiusque officii homines Fritherico devotissime faverunt, adeo ut rerum suarum dispendium, immo vitae periculum pro eo subire non dubitarent. **) Sie waren für den 18. März auf einen Hoftag zu Nürnberg vorgeladen.

postulavit. Verum nos, adhibito episcoporum et principum et virorum prudentium ac religiosorum consilio, consideravimus, electores predicti H(erimanni) prepositi sanioris esse consilii de persona a canonicis institutionibus non discrepante; quibus ex magno favore assentiebant omnes nobiles ac prepotentes eiusdem terrae, qui Traiectensem ecclesiam et in pace legibus honestant et in bello armis defensant. Itaque quia in nostra presentia nulla contradictio iuxta iuris ordinem huic electioni opponeretur, cum omnis aecclesia in nostram presentiam esset evocata, iudicatum est ab episcopis et principibus: nullam nos debere moram probabilibus desideriis inserere, set personam absque vi et ulla mala machinatione electam et in sacris ordinibus aetate congrua inventam, provehere.*) Proinde celsitudinem sacerdotii vestri, quam vera in Domino caritate amplectimur, attente monendo rogamus, ut opus a nobis laudabiliter inchoatum benedictione sacrae manus vestrae perficere et confirmare non abnuatis, et labentis ecclesiae Traiectensis ruinam celeri benedictione fulciatis. Rogamus preterea sinceritatem vestram pro quodam consanguineo nostro, comite videlicet Ottone de Ara, quem quidam clericus nomine Ionathas per surreptionem a vobis excommunicari fecit, quatinus eum a Leodiensi episcopo absolvi faciatis, eo scilicet rationis moderamine, ut, postquam fuerit absolutus, synodaliter vocetur, et causa, quae super quadam ecclesia inter eos agitur, canonico iudicio decidatur.**)

*) Wolfram findet im Gegensatz zu Witte mit diesem Worte die Investitur ganz klar u. deutlich ausgesprochen, nichts von einer Absicht, durch Verschweigung der weltlichen Belehnung den unangenehmen Eindruck einer voreiligen Entscheidung zu verwischen. **) Über den Ausgang des Utrechter Wahlstreites handeln folgende Quellenstellen: a) Schluss eines Briefes Abt Wibalds v. Stablo an den Erwählten Arnold II. v. Köln (Wib. epp. nr. 334; Jaffé, Bibl. I, 465 f.): Preterea legati Romanae ecclesiae ad has partes perveniunt, causam Traiectensis electionis terminaturi; et videat aecclesia vestra, cuius vos consilium sequi condecet, qualiter in urbe vestra idem legati in hoc rerum statu suscipiantur et ad eandem litem decidendam, sicut decet Romanam et Coloniensem aecclesiam et vestrae personae honorem, teneantur. (Inzwischen war am 3. April der suspendierte Erzbischof Arnold I. gestorben und dann der gleichnamige königliche Kanzler gewählt worden.) Dem entsprechend: b) Ann. Egmundani (M. G. S. S. XVI, 456): Uterque episcopus cum suis fautoribus Leodium ad cardinalis iudicium pervenit. Cuius iudicio Frithericus reprobatus, Hermannus investitus est, etiam Conrado rege parti ipsius consentiente. Dagegen kaiserlich gefärbt: c) Otto Fris. Gesta I, c. 63: Inde (Conradus) in Gallia Traiectensium negotium, revocatis omnibus ad subiectionem Herimanni, cum imperii honore terminavit, ac ne aliquis in posterum eius facti scrupulus haberetur, a Romana sede ratihabitationem obtinuit.

XXV. Zur Königswahl Friedrichs I., 4. März 1152.*)

annuentibus regni principibus his: archiepiscopo Magdeburgense Wichmanno, episcopo Hildenesheimense Brvnone, episcopo Fardense Herimanno, episcopo Brandenbvrgense Wichero, aelecto Cicense Bertoldo, abbate Corbiense Wicbaldo, marchione Cuonrado, marchione Adelberto, palatino Friderico, prouinciali comite Luodewico.

XXX. Friedrichs I. Lehensgesetz vom 5. Dezember 1154.*)

(Mon. Germ. legg. II, 96.)

[Otto Fris. Gesta II, c. 12: Inde castra movens, in campo Roncaliae super Padum, non longe a Placentia, mense Novembrio resedit. Est autem consuetudinis regum Francorum, qui et Teutonicorum, ut, quotienscumque ad sumendam Romani imperii coronam militem ad transalpizandum coegerint, in predicto campo mansionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto scutum suspenditur, universorumque equitum agmen feoda habentium ad excubias proxima nocte principi faciendas per curiae preconem exposcitur. Quod sectantes qui in eius comitatu fuerunt principes, singuli singulos beneficiatos suos per precones [itidem suos] exposcunt. At sequenti die quicumque nocturnis vigiliis defuisse deprehensus fuerit, denuo ad presentiam regis aliorumque principum vel virorum illustrium evocatur, sicque omnes omnium beneficiati, qui sine bona voluntate dominorum domi remanserunt, in feodis dampnantur. Hunc morem principe secuto, non solum laicorum feoda, sed et quorumdam episcoporum, id est Hartwici Bremensis et Ulrici Halberstadensis, regalia personis tantum, quia nec personis, sed aecclesiis perpetualiter a principibus tradita sunt, abiudicata fuere**).]

Fridericus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Imperialem decet solertiam ita rei publicae curam gerere et subiectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat et singulorum status iugiter servetur illesus. Quapropter dum ex predecessorum nostrorum more in universali curia Runcalie pro tribunali resideremus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum quam aliis fidelibus regni, non modicam accepimus querelam, quod beneficiati eorum feuda que ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, vendiderant, et quadam collusione nomine libelli alienaverant, unde debita servitia amittebant et honor imperii et nostre felicis expeditionis complementum plurimum minuebant. Habito igitur consilio episcoporum, ducum, marchionum, comitum simul et palatinorum iu-

---

*) Über dieses Lehensgesetz u. die vorausgeschickte Stelle bei Otto vgl. Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis Heinrich VI. nach ihrer staatsrechtlichen Seite, Forschungen VII, 167 f.; Prutz I, 58 u. 59; Waitz, Verf. VI, 32, 67 f.; Giesebrecht V, 40, 42 f.; Nitzsch, Gesch. d. d. V. II, 236; Wacker, Der Reichstag a. a. O. S. 74. — Vgl. auch Lothars III. Lehensgesetz (nr. IX meiner Sammlung). **) Nitzsch weist darauf hin, dass die einzigen Bischöfe, denen ihre Lehen abgesprochen wurden, die entschiedensten kirchlichen Gegner Heinrichs des Löwen waren.

dicum et aliorum procerum, hac edictali lege Deo propitio perpetuo valitura sancimus, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere vel impignorare vel quoquo modo alienare, sine permissione illius domini ad quem feudum spectare dinoscitur. Unde imperator Lotarius tantum in futuro cavens, ne fieret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in posterum sed etiam omnes huiusmodi illicitas alienationes hactenus perpetratas hac presenti sanctione cassamus et in irritum deducimus, nulla temporis prescriptione impediente; quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis convalescere non debet. Callidis insuper quorundam machinationibus obviantes, qui pretio accepto quasi sub colore investiture quam sibi licere dicunt, feuda vendunt et ad alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem huius nostre constitutionis excogitetur, omnibus modis prohibemus, pena auctoritate nostra imminente, ut venditor et emptor qui tam illicite contraxisse reperti fuerint, feudum amittant, et ad dominum libere revertatur. Scriba vero qui super hoc instrumentum conscripserit, post amissionem officii cum infamie periculo manum amittat. Preterea si quis infeudatus sua incuria vel negligentia per annum et diem steterit quod feudi investituram a proprio domino non petierit, transacto hoc spatio feudum amittat, et ad dominum redeat. Firmiter etiam statuimus tam in Italia quam in Alemannia, ut quicunque indicta publice expeditione Romana ad suscipiendam imperii coronam, vocatus a domino suo in eadem expeditione spatio competenti temere servire supersederit, feudum quod ab episcopo vel ab alio domino habuerit amittat, et dominus feudi in usus suos illud redigendi omnimodis liberam habeat facultatem.

Data Runcaliae per manum Everardi Bavenbergensis episcopi 5. die Decembris 1154. indict. 3.

XXXI. Constitutio Ducatus Austriae, 17. September 1156.

[Otto Fris. Gesta II, c. 55: Heinricus maior natu ducatum Baioariae septem per vexilla imperatori resignavit. Quibus minori traditis, ille duobus [cum] vexillis marchiam Orientalem cum comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus reddidit. Exinde de eadem marchia cum praedictis comitatibus, quos tres dicunt,*) iudicio principum ducatum fecit eumque non solum sibi, sed et uxori cum duobus vexillis tra-

*) Nach Heigel u. Riezler, Das Herzogtum Bayern zur Zeit Heinrichs d. L. u. Ottos I. S. 217—25 u. Riezler, Geschichte Bayerns I, 663 sind diese drei Grafschaften: Schauenburg, Wels-Lambach, Peugen-Rebgau.

didit, neve in posterum ab aliquo successorum suorum mutari posset aut infringi, privilegio [suo] confirmavit. Vgl. auch Annal. Col. Maximi M. G. S. S. XXVII, 766; Hermanni Altahensis Annales M. G. S. S. XVII, 382 f. u. Chronicon breve epp. August. et abb. S. Afrae, M. G. S. S. XIII, 278.]*)

*) Der Zyklus der echten und unechten österreichischen Freiheitsbriefe umfasst 7 Urkunden: 1. Urkunde Heinrichs IV. vom J. 1058 für den Markgrafen Ernst v. Österreich (Bestätigung zweier Privilegien der römischen Kaiser Julius Cäsar u. Nero); 2. Privilegium Maius; 3. Privilegium Minus; 4. Bestätigung des Pr. Minus durch Friedrich II.; 5. Bestätigung des Pr. Maius durch denselben Kaiser, beide vom J. 1245; 6. Urkunde König Heinrichs (VII.) vom J. 1228 für Herzog Leopold VI. d. Glorreichen; 7. Bestätigung der Privilegien v. 1058, 1156, 1228, 1245 durch Rudolf v. Habsburg 1283. Der langwierige Streit über die Echtheit dieser Privilegien, der sich hauptsächlich um die beiden Privilegien Maius u. Minus drehte — namentlich Hormayer in den Mon. Boica XXVIII, p. II, pag. 357 ff. und in seiner Abhandlung „Das grosse Österreichische Hausprivilegium v. 1156 u. das Archivwesen in Bayern" (München 1832) war entschieden für die Echtheit des Maius eingetreten u. auch Pertz hatte im J. 1838 das Pr. Maius als die echte Urkunde in die Mon. Germ. legg. II, 99—101 aufgenommen mit Hinweglassung des Minus — dieser Streit ist von Wattenbach „Die Österreich. Freiheitsbriefe" im Arch. f. Öst. G. VIII, S. 79 ff. u. von Ficker „Über die Echtheit des kleinen Österreich. Freiheitsbriefes" in den Wiener S. B. d. Akad. XXIII (1857) dahin entschieden worden, dass das Privilegium Minus vom J. 1156 u. dessen Bestätigung durch Friedrich II. vom J. 1245 echt, die übrigen Freiheitsbriefe aber unecht sind. Huber „Über die Entstehungszeit der Österr. Freiheitsbriefe" Wiener S. B. d. Akad. XXXIV (1860) hat zuletzt überzeugend dargethan, dass keines der unechten Privilegien vor dem J. 1359 vorhanden gewesen sein könne, u. die Fabrikation sämtlicher fünf unechter Privilegien durch Herzog Rudolf IV. im Winter von 1358—59 höchst wahrscheinlich gemacht. Über die Frage nach der Bedeutung des Priv. Minus für die deutsche Verfassungsgeschichte sowie darüber, welchen staatsrechtlichen Veränderungen innerhalb zweier Jahrhunderte u. welchen Tendenzen die Fälschungen ihre Entstehung verdanken, hat am ausführlichsten gehandelt, Berchtold, Die Landeshoheit Österreichs nach den echten und unechten Freiheitsbriefen (1862). Vgl. auch Heigel u. Riezler, Das Herzogtum Bayern z. Zeit Heinrichs des Löwen u. Ottos I. v. Wittelsbach S. 217—25; Prutz I, 97—100; Riezler, Gesch. Bayerns I, 661—65; Giesebrecht V, 91—95; Nitzsch, Gesch. d. d. V. II, 240; Huber, Geschichte Österreichs I. — Trotz seiner Unechtheit habe ich das Pr. Maius in meine Sammlung aufgenommen, da dasselbe ein sprechendes Beispiel dafür ist, wie gut sich selbst Fälschungen historisch verwerten lassen. Das Pr. Minus ist im Original nicht mehr erhalten, dagegen abschriftlich in einer Klosterneuburger Handschrift (nr. 929) aus dem 13. Jahrhundert, ferner als Transsumpt in der Bestätigungsurkunde Friedrichs II. und zwar in dem Lonsdorfer Codex aus dem 13. Jahrh., in dem Rationarium Austriae et Styriae (K. K. Hofbibliothek nr. 543) vom Ende des 13. Jahrh., endlich in einem aus demselben Jahrh. stammenden Cod. nr. 2733 (hist. prof. 915) der Hofbibliothek. Von späteren Abschriften ist diejenige zu nennen, welche Thomas v. Haselbach in seine Chronik aufgenommen hat (Pez S. S. Rer. Austr. II. 710). Das angebliche Original des Maius befindet sich im K. K. Haus-, Hof- u. Staatsarchiv; es existiert aber keine Abschrift von demselben, welche über das J. 1360 hinaufgeht.

a) Das echte Privilegium Minus.

(Wattenbach, Die öst. Freiheitsbriefe; Arch. f. öst. Geschichtsquellen Bd. VIII, S. 110 f.)

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Quamquam rerum commutatio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere, vel ea que legaliter geruntur, nulla valeant refragatione convelli, ne qua tamen possit esse rei geste dubietas, nostra debet intervenire imperialis auctoritas.

Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium presens etas et successura posteritas, qualiter nos eius cooperante gratia, a quo celitus in terram pax est missa hominibus, in curia generali Ratispone in nativitate sancte Marie virginis celebrata, in presentia multorum religiosorum et katholicorum principum litem et controversiam, que inter dilectissimum patruum nostrum Heinricum ducem Austrie et karissimum nepotem nostrum Heinricum ducem Saxonie diu agitata fuit de ducatu Bawarie [et super marchiam a superiore parte fluminis Anasi],[a] hoc modo terminavimus, quod dux Austrie resignavit nobis ducatum Bawarie,

quem statim in beneficium concessimus duci Saxonie. [predictus] Dux autem Bawarie resignavit nobis [et omni iure

a) Einschaltung des Thomas von Haselbach.

b) Das unechte Privilegium Maius.

(Wattenbach a. a. O. S. 112 ff.)

(Chrismon) I (sic!) nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator augustus. Quamquam rerum commutacio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere nec ea que legittime geruntur ulla possint refragacione conuelli Ne tamen rei geste ulla posset esse dubietas Imperialis debet interuenire auctoritas —

Nouerit igitur omnium Christi imperiique et nostri fidelium presens etas et futura posteritas. qualiter nos eius cooperante gratia a quo celitus pax missa est hominibus super terram / in generali nostra curia Ratispone in natiuitate sancte marie celebrata in presencia multorum religiosorum et catholicorum litem et controuersiam / que inter karissimum nostrum patruum Heinricum ducem Austrie et inter nepotem nostrum karissimum Heinricum ducem Saxonie diu agitata extitit super ducatum Bauarie et super *marchia a superiori parte fluminis anasi* /*) terminauimus hoc modo / quod dux Austrie resignauit nobis ducatum Bauuarie et dictam Marchiam / quos tenebat qua resignacione facta / mox eundem ducatum Bauuarie

in beneficium contulimus duci Saxonie / predictus uero dux Saxonie cessit et remunciauit / omni Iuri et accioni / quas habebat / ad dictam marchiam cum omnibus suis iuribus

*) Vgl. damit die obigen Worte des als Zeuge anwesenden Otto von Freising.

cessit et renuntiavit dictam][a) marchiam Austrie cum omni iure suo et cum omnibus beneficiis que quondam marchio Liupoldus habebat a ducatu Bawarie. Ne autem in hoc facto aliquatenus minui videatur honor et gloria dilectissimi patrui nostri, de consilio et iudicio principum, Wadizlao illustri duce Boemie sententiam promulgante et omnibus principibus approbantibus,*) marchiam Austrie

in ducatum commutavimus, et eundem ducatum cum omni iure

prefato patruo nostro Heinrico et prenobilissime uxori sue Theodore in beneficium concessimus,

perpetuali iure sanctientes, (§ 1) ut ipsi et liberi eorum post eos indifferenter filii sive filie eundem Austrie ducatum hereditario iure a regno teneant

a) So Thomas v. Haselbach, der überdies statt Bawarie, Saxonie setzt.

*) Über die bei Reichstagsbeschlüssen übliche Form der gerichtlichen Urteilfindung vgl. Wacker, Der Reichstag a. a. O. S. 51 f. Über die notwendige Zustimmung der Fürsten zu Rangerhöhungen Wacker ibidem S. 78.

et beneficiis ne autem in hoc facto honor et gloria patrui nostri karissimi aliquatenus minuatur / de consilio et iudicio principum illustri || Wadizlao duci Boemie sentenciam promulgante. quam ceteri principes approbabant / marchionatum Austrie et dictam marchiam supra anesum

commutauimus in ducatum / Eundemque ducatum cum subscriptis iuribus privilegiis et graciis omnibus || liberalitate cesarea

contulimus predicto Heinrico nostro patruo karissimo prenobili sue uxori theodore et liberis eorundem ob singularem fauorem / quo erga dilectissimum patruum nostrum Heinricum Austrie eius contthoralem prenobilem theo || doram et eorum successores nec non erga terram Austrie q u e c l i p p e u s e t c o r S a c r i R o m a n i i m p e r i i e s s e d i n o s c i t u r*) / afficimur de consilio et assensu principum imperii dictis coniugibus eorum in eodem ducatu successoribus nec non prefate terre || Austrie subnotatas constituciones concessiones et indulta auctoritate Imperiali in iura plena et perpetua redactas donauimus liberaliter uigore presencium et donamus / (§ 1) Primo quidem Quod Dux Austrie quibus suis subsidiis seu seruiciis tene || tur. nec esse debet obnoxius Sacro Romano Imperio nec cuiquam alteri nisi

*) Vgl. die Siegelumschrift zu dem von Herzog Rudolf IV. dem Stifte Melk am 18. Juni 1359 erteilten Privileg (Mon. Boica Vol. III, Tab. VI):
Imperii scutum ferturque cor Austria tutum.
Primus Fridricus testatur cesar augustus
Illud scriptura quam roborat aurea bulla.

et possideant. Si autem predictus dux Austrie patruus noster et uxor eius absque liberis decesserint, libertatem habeant eundem ducatum affectandi cuicunque voluerint.*) (§ 2) Statuimus quoque ut nulla magna vel parva persona in eiusdem ducatus regimine sine ducis consensu vel permissione aliquam iusticiam presumat exercere. (§ 3) Dux vero Austrie de ducatu suo aliud servicium non debet imperio nisi quod ad curias quas imperator prefixerit in Bawaria, evocatus veniat**): (§ 4) nullam quoque expeditionem debeat, nisi forte quam imperator in regna vel provincias Austrie vicinas ordinaverit.***)

ea de sui arbitrii fecerit libertate eo excepto dumtaxat quod imperio seruire tenebitur in ungariam duodecim viris armatis per mensem unum sub expensis propriis | in eius rei euidenciam/ Ut princeps imperii dinoscatur/ (§ 2) Nec pro conducendis feodis requirere seu accedere debet imperium extra metas austrie/ Uerum in terra Austrie sibi debent sua feoda conferri per Imperium et locari Quod si sibi denegaretur ab imperio requirat et exigat litteratorie trina uice quo facto iuste sua possidebit feoda sine offensa imperii ac si ea corporaliter conduxisset*)/ (§ 3) Dux eciam Austrie non tenetur aliquam curiam accedere edictam per imperium seu quemuis alium nisi ultro et de sua fecerit voluntate/ (§ 4) Imperium quoque nullum feodum habere debet Austrie in ducatu si uero princeps aliquis vel alterius status persona nobilis uel ignobilis cuiuscumque condicionis existat haberet in dicto ducatu possessiones ab ipso iure feodali dependen tes/ has nulli locet seu conferat nisi eas prius conduxerit/ a duce Austrie memorato/ Cuius contrarium si fecerit eadem feoda ad ducem Austrie deuoluta libere sibi extunc iure proprietatis et directi dominii pertinebunt principibus eccle/siasticis et Monasteriis exceptis dumtaxat in hoc casu/ (§ 5) Cuncta eciam secularia Iudicia Bannum siluestrium et ferinarum piscine et nemora in ducatu Austrie debent iure feodali a duce Austrie dependere/ (§ 6) Eciam debet dux Austrie de nullis opposicionibus vel obiectis quibuscumque nec coram Imperio/ nec aliis quibuslibet/ cuiquam respondere nisi id sua propria et spontanea facere uoluerit voluntate/ Sed si uoluerit/ unum locare

*) Steht sonst ein derartiges Dispositionsrecht dem letzten Sprossen eines Geschlechtes zu? Vgl. Berchtold a. a. O. S. 90 ff. Ebenso Goldene Bulle VII, § 5. **) Vgl. Wacker, Der Reichstag a. a. O. S. 26. ***) Trotzdem hat der Herzog von Österreich

*) Wattenbach a. a. O. S. 92 f. macht darauf aufmerksam, dass derselbe Herzog Heinrich, welcher im J. 1156 dieses Vorrecht vom Kaiser erhalten haben soll, im J. 1174 seinen Sohn Liupold in Regensburg vom Kaiser belehnen liess. M. G. S. S. IX, 631.

poterit de suis uassallis sev homolegiis et coram illo secundum terminos prefixos parere potest et debet iusticie complemento/ (§ 7) Insuper potest idem dux Austrie quando impungnatus fuerit ab aliquo de duello/ per unum ydoneum non in enormitatis macula retentum uices suas prorsus supplere/ Et illum/ ipsa eadem die sev princeps uel alius quisquam pro alicuius nota infamie non potest impetere nec debet impungnare/ (§ 8) Preterea quidquid dux Austrie in terris suis seu districtibus suis fecerit uel statuerit/ hoc imperator neque alia potencia modis seu uiis quibuscumque non debet in aliud quoquo modo in posterum commutare *) (§ 9) Et si quod Deus auertat/ Dux Austrie sine herede filio decederet idem ducatus ad seniorem filiam quam reliquerit deuoluatur (§ 10) Inter duces Austrie qui senior fuerit dominium habeant dicte terre ad cuius eciam seniorem filium dominium iure hereditario deducatur ita tamen quod ab eiusdem sanguinis stipite non recedat/ Nec ducatus Austrie ullo vnquam tempore diuisionis alicuius recipiat sectionem **) (§ 11) Si quis in dicto ducatu residens uel in eo possessiones habens fecerit contra ducem Austrie occulte uel publice est dicto duci in

---

in den Jahren 1205 und 1211 an den Heerfahrten nach dem Niederrhein und 1226 nach Italien teilgenommen (Huillard-Bréholles I, 314; II, 610; Chron. reg. cont. S. 10); das sind aber nach Rosenhagen, Zur Gesch. der Reichsheerfahrt v. Heinrich VI. bis Rudolf von Habsburg S. 40 f. freiwillige Leistungen gewesen. — In dem Vertrag mit Kaiser Otto vom J. 1212 verpflichtet sich der Markgraf Albrecht v. Brandenburg „domino imperatori in terminis sibi finitimis, precipue in Saxonia et Thuringia, contra omnem hominem ad conservandum ei imperium, quantum vires et facultates ipsius admittunt, fideliter servire.“ Diese Verpflichtung geht ohne Zweifel auf eine ähnliche Bestimmung zurück, wie die für Österreich. Zu den Nachbarvölkern, gegen die der Brandenburger zu ziehen verpflichtet ist, gehören die Wenden, die Polen u. die Böhmen. Sächs. Lehnr. art. 4 § 1 „Alle die aver in osterhalf der sale belent sin, die solen dienen to weneden unde to polenen unde to bohemen.“

*) Das österr. Landrecht aus der ersten Hälfte des 13. Jahrh. verzeichnet die Appellation der Ministerialen vom Herzog an das Reich als altes Herkommen. Archiv f. öst. Gesch. X, 148 ff.; Wattenbach a. a. O. S. 92. **) War im J. 1156 die Unteilbarkeit des Fürstentums nicht allgemeiner Rechtsgrundsatz? Bedurfte es also damals eines diesbezüglichen eigenen Privilegs für Österreich? (Vgl. Sachs. Sp. Ldr. III, 53 § 3; III, 64 § 5 (Weiske); Schwab. Sp. Ldr. c. 101 (Wackernagel). Wann ist das erste Beispiel einer Teilung eines Fürstentums zu verzeichnen und wird damit das Privileg der Unteilbarkeit aktuell?

rebus et corpore sine gracia || condempnatus/ (§ 12) Imperium dicto duci Austrie contra omnes suos iniuriatores debet auxiliari et succurrere quod iusticiam assequatur/ (§ 13) Dux Austrie principali amictus ueste superposito ducali pilleo circumdato serto pinnito baculum habens in manibus equo assidens et insuper || more aliorum principum imperii conducere ab imperio feoda sua debet/ (§ 14) Dicti ducis institucionibus et destitucionibus in ducatu suo Austrie est parendum. et potest in terris suis omnibus tenere iudeos et usurarios publicos quos Wulgus uocat Gawertschin a) sine imperii molestia et offensa. (§ 15) Si quibus || suis/ Curiis publicis imperii dux Austrie presens fuerit vnus de palatinis archiducibus est censendus et nichilominus in consessu et incessu ad latus dextrum Imperii post electores principes obtineat primum locum (§ 16) dux Austrie donandi et deputandi terras suas cuicumque uoluerit habere debet potestatem li | beram Si quod absit sine heredibus liberis decederet nec in hoc per imperium debet aliqualiter impediri/ (§ 17) Prefatus quoque ducatus Austrie habere debet omnia et singula iura priuilegia et indulta que obtinere reliqui principatus imperii dinoscuntur/ (§ 18) Volumus eciam ut si districtus et diciones dicti | ducatus ampliati fuerint ex hereditatibus donacionibus empcionibus deputacionibus uel quibussuis aliis deuolucionum successionibus prefata iura priuilegia et indulta ad augmentum dicti dominii Austrie plenarie referantur/*) Et ut hec nostra imperialis constitucio omni euo firma et in || conuulsa permaneat presentes litteras scribi et sigilli nostri inpressione fecimus in-

Ceterum ut hec nostra imperialis constitutio omni evo rata et inconvulsa permaneat, pre-

a) von Cahors, dem Hauptsitz der südfranzösischen Geldwechsler (Kauderwelsche!).

*) Vgl. damit die Stelle im Privileg von 1228: „si aliquis alicui Ducum Austrie et Styrie, quacunque censeretur

sentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis testibus ydoneis quorum nomina sunt hec. Pilgrimus patriarcha Aquilegiensis. Eberhardus Salzeburgensis archiepiscopus. Otto Frisingensis episcopus. Chunradus Pataviensis episcopus. Eberhardus Babenbergensis episcopus. Hartmannus Brixinensis episcopus. Haertwicus Ratisponensis episcopus, et . . Tridentinus episcopus. Dominus Welfo. Dux Chunradus frater imperatoris. Fridericus filius regis Chunradi. Heinricus dux Karinthie. Marchio Engelbertus de Istria. Marchio Albertus de Staden.*) Marchio Diepoldus.**) Hermannus palatinus comes de Reno. Otto comes palatinus et frater eius Fridericus. Eberhardus***) comes de Sulczenbach. Rudolfus comes de Swinshud. Engelbertus comes Hallensis. Eberhardus comes de Burchausen. Comes de Buthena. Comes de Pilstain. et alii quam plures.

signiri / Adhibitis idoneis testibus quorum nomina hec sunt: Pilgerimus patriarcha Aquileie. Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus. Otto Frisingensis episcopus. Counradus patauiensis episcopus. Eberhardus || Babenbergensis. Harmannus Brixiensis. Harthuicus ratisbonensis. Tridestinus episcopus. Dominus Welfo. Dux Conradus frater imperatoris. Fridericus filius regis Counradi. Heinricus dux carinthie. Marchio Engielbertus de Hystria. Marchio Adalbertus de Staden | Marchio Deiepaldus. Hermannus comes palatinus de Reno. Otto comes palatinus. et frater eius Fridericus. Gebehardus comes de Sulzbach. Rodulfus comes de swines hud. Engelbertus comes Hallensis. Gebahardus comes de Burchuse. Comes de Buthena. Comes de || Pilstein. et alii quam plures.

*) Albrecht der Bär, Markgraf v. Brandenburg. Das Geschlecht der Grafen v. Stade war lange im Besitze der Nordmark gewesen. Ist die Benennung der Mark Brandenburg nach dem Stammsitz des ausgestorbenen Geschlechtes ein Beweis gegen die Echtheit des Minus? **) Diepold III. v. Vohburg, der jüngste Sohn des Markgrafen Diepold I. auf dem Nordgau. ***) Dieser und die folgenden Zeugen sind nur in der Klosterneuburger Handschrift erhalten. Die damaligen Grafen sowohl v. Sulzbach als von Burghausen heissen Gebhard II.; der Name ist durch ein Versehen zweimal in Eberhard verschrieben. Vgl. Riezler I, 877, 862.

dignitate, suarum Terrarum Prouincias et talia cetera, quocunque nomine nuncupacioneque censeantur, que aut a Regali magnificencia seu a Principibus spiritualibus concessionis collacionisue officio deriuaretur, Legare Dare Obligare vendere contingeret, Eosdem gvenditores sive obligatores huiusmodi Regalis nostra maiestas nec aliquis hominum aliqualiter valeat impedire.“ Für welche Erwerbung sollte diese Stelle wie der obige Paragraph im Maius die rechtliche Grundlage bilden?

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (L. M.)

Ego Reinaldus cancellarius vice Arnoldi Maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Datum Ratispone XV. Kal. Octobris, ind. IIII. anno dominice incarnationis MC.LVI. regnante domino Friderico Romanorum imperatore augusto in Christo feliciter Amen. Anno regni eius quinto, imperii secundo.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Invictissimi. (L. M.)

Ego Rainaldus cancellarius uice Arnoldi magontini archiepiscopi et archican|cellarii recognoui.

Dat. Ratisbone. XV. Kl. Oct. Indict. IIII. Anno dominice incarnationis M. C. L. VI. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Augusto In Christo || feliciter. Amen. Anno regni eius. v. Imperii I. °I.

XXXII. Constitutio de pace tenenda et eius violatoribus, September 1156.*)

(Mon. Germ. legg. II, 101 ff.)

[Ich schicke diesem Gesetze eine Stelle aus Otto Fris. über die Bestrafung des Pfalzgrafen Hermann wegen Landfriedensbruchs voraus. Otto Fris. Gesta II, c. 46: Inde ad partes Rheni se conferens, proximum natale Domini

---

*) Pertz gibt dieses Gesetz nach sechs handschriftlichen Überlieferungen der Libri Feudorum (II, tit. 27), einem Hallenser (1), Münchener, früher Augsburger (4), Göttinger (5), Frankfurter (6), Pariser nr. 4622 (7) und Münchener, früher Kaisheimer Kodex (8), welche alle aus dem 14. Jahrh. stammen mit Ausnahme des dem 13. Jahrh. angehörigen München-Augsburger. Vgl. Waitz, Verf. VI, 439 Anm. 3; Prutz I, 100; Giesebrecht V, 95—99; Nitzsch, Gesch. d. d. V. II, 241; Wacker, Reichstag a. a. O. S. 73; Küch, Die Landfriedensbestrebungen Kaiser Friedrichs I. — Das Gesetz ist nicht datiert. Da sich aber Friedrich Romanorum imperator nennt, so haben sämtliche Frühere bis auf Küch das Edikt nach Friedrichs Kaiserkrönung verwiesen; Pertz und nach ihm Prutz nimmt den 18. September 1156 an, Giesebrecht a. a. O. S. 100 vermutet, dass es auf dem Ulmer Tage vom 2. Februar 1157 erlassen sei. Küch setzt den Erlass des Gesetzes bald nach dem 9. März 1152, in die Zeit vom 10. 14. März, jedenfalls vor 1155. Allerdings beruht die Datierung von Pertz auf einem zweifellosen Fehler; er identifiziert nämlich unser Reichsgesetz mit dem bayerischen Provinzialfrieden (s. oben). Auch die Stelle in Wibaldi epp. nr. 448, auf welche Giesebrecht seine Vermutung stützt („Curiam quoque in purificatione sanctae Mariae pro bono pacis formando apud Ulmam habituri sumus") deutet lediglich auf einen Provinzialfrieden für Schwaben hin. Trotzdem kann ich Küch nicht beistimmen. Derselbe führt gegen den Erlass des Gesetzes auf dem Regensburger Reichstage, überhaupt nach 1155 Folgendes an: Einem zahlreich besuchten Reichstage, wie dem Regensburger vom J. 1156 kann das Gesetz nicht zugewiesen werden, da von einer Teilnahme der Fürsten nicht die Rede ist; dasselbe gebe sich vielmehr als ein in der Form eines Schreibens an die geistlichen und weltlichen Fürsten gerichteter

Wormatiae celebravit . . . Ad hanc curiam Arnaldus Maguntinus archiepiscopus et Herimannus palatinus comes venientes, de hoc quod absente principe terram illam, ut supra dictum est, preda et incendio perturbarant,

---

Erlass. Die Berufung auf den Titel imperator sei unstatthaft, da die Ausdrücke: „regni partes" u. „regia auctoritas" darauf hinweisen, dass ursprünglich auch in der Einleitung der Titel rex gestanden u. dieser, sei es bei einer späteren Redaktion, sei es bei der Aufnahme des Gesetzes in die libri feudorum, in imperator umgewandelt worden sei. Für seine Vermutung, dass das Gesetz bald nach Friedrichs Wahl, jedenfalls vor seiner Kaiserkrönung erlassen sei, spreche einmal der Satz: „Quoniam . . . soliam regiae maiestatis conscendimus", ferner „pacem diu desideratam et antea toti terrae necessariam", was auf die Zeit Konrads III. hinweise, ferner der Artikel 11 des Gesetzes, der vielleicht unter dem Eindruck der Hungersnot vom J. 1151 verfasst sei. Dagegen ist einzuwenden: Die Ausdrücke regia maiestas und regia auctoritas sind wahrscheinlich, der Ausdruck regni partes sicher gewählt in Rücksicht darauf, dass das Gesetz eben nur für Deutschland erlassen wurde. Der Nebensatz „ad quos litterae istae pervenerint" aber ist absolut kein Beweis gegen den Erlass des Gesetzes auf dem Regensburger Reichstage; denn einmal können auch auf Reichstagen einseitige königliche Edikte erlassen werden, die stets die Form eines Sendschreibens tragen, und dann waren ja gewiss auf dem Regensburger Reichstage nicht alle Fürsten anwesend. Ist es übrigens glaubhaft, dass Friedrich in den ersten Anfängen seiner Regierung einen so einseitigen Regierungsakt hätte vollziehen können? Wenn ich die begeisterten Worte Ottos v. Freising am Schlusse des zweiten Buches der Gesta Friderici u. dazu die Worte Ragewins am Anfange des dritten Buches derselben Gesta lese (s. oben!), so scheint es mir fast zweifellos, dass dieses Gesetz dem Schlusse des Reichstages zu Regensburg zuzuweisen ist. Ich betrachte es eben als Abschluss der Landfriedensthätigkeit Friedrichs, die er in der Zeit von seiner Rückkehr vom ersten Römerzuge bis zum Regensburger Reichstage u. noch auf demselben entfaltete. Nach dem Strafgerichte zu Worms gegenüber dem Pfalzgrafen Hermann v. Stahleck (s. oben!) und dessen Mitschuldigen hat er wohl den rheinfränkischen Provinzialfrieden erneuern lassen, den wir als „antiqua lex" in einer kaiserlichen Urkunde vom 18. Februar 1179 kennen lernen. Hierauf hören wir von Landfriedensthätigkeit in den niederrheinischen Gegenden und in Sachsen; hier wie dort wird er, entsprechend dem bisherigen Gange der Entwickelung, entsprechend dem Zuge der Zeit, die unitaristischen Einrichtungen abhold war, die alten Provinziallandfrieden wieder aufrichten u. neu beschwören haben lassen. Zuletzt wendet er seine Landfriedensthätigkeit Bayern zu, worüber uns Otto v. Freising als Bayer eingehender berichtet (s. oben): Auf dem Regensburger Reichstage lässt er unter seiner Autorität von den bayerischen Grossen einen Landfrieden für Bayern aufrichten u. beschwören. Damit war nach den Worten Ottos auch Bayern des Friedens theilhaftig geworden, dessen sich bereits das ganze übrige Reich erfreute. Und Friedrich konnte jetzt, nachdem allenthalben Provinzialfrieden aufgerichtet u. beschworen waren, die Einhaltung desselben in Form eines Reichsgesetzes nochmals einschärfen („pacem diu desideratam et antea toti terrae necessariam per universas regni partes habendam indicimus"); sagt er ja in der Einleitung zu jener Urkunde vom 18. Febr. 1179: „Ex debito imperialis officii tenemur per universum imperium nostrum pro necessitate et statu provinciarum pacem ordinare (= constituere, aufrichten), ordinatam nostra auctoritate confirmare" u. schärft dann die Einhaltung des unter seiner Autorität von den Grossen der Provinz erneuerten Landfriedens ein („pacem antiquam . . . a proxima pascha ad duos annos inviolabiliter

in causam ponuntur, ambobusque cum complicibus suis reis inventis, alteri ob senii morumque gravitatem et pontificalis ordinis reverentiam parcitur, alter debita pena plectitur. Denique vetus consuetudo pro lege aput Francos et Suevos inolevit, ut, si quis nobilis, ministerialis vel colonus coram suo iudice pro huiusmodi excessibus reus inventus fuerit, antequam mortis sententia puniatur, ad confusionis suae ignominiam nobilis canem, ministerialis sellam, [rusticus aratri rotam] de comitatu in proximum comitatum gestare cogatur. Hunc morem imperator servans, palatinum istum comitem, magnum imperii principem, cum decem comitibus complicibus suis canes per Teutonicum miliare portare coegit. Hoc tam districto iudicio per totam Transalpini imperii latitudinem promulgato, tantus omnes terror invasit, ut universi magis quiescere quam bellorum turbini inservire vellent.

---

observandam iudiximus"). Zugleich fügte er in unserem Edikte Bestimmungen hinzu, welche die Bestrafung des Landfriedensbruches fürs ganze Reich einheitlich regeln sollten. Diese Strafbestimmungen sind keineswegs ganz neue, sondern wurden den alten Friedensordnungen entnommen; mit Ausnahme von Artikel 11 und den auf Lehensstreitigkeiten bezüglichen Paragraphen lassen sich gleiche oder ähnliche Bestimmungen teils im Mainzer Gottesfrieden, teils in der Mainzer Reichsfriedenseinigung, teils im Elsässer, teils im Schwäbischen Landfrieden (v. J. 1104), teils in der antiqua lex des rheinfränkischen Landfriedens v. J. 1179 nachweisen. Diese Bestimmungen hatten sich bewährt u. sollten nunmehr auch auf die Provinzen Anwendung finden, wo sie entweder nie gegolten hatten oder in Vergessenheit geraten waren. — Mit der Mainzer Reichsfriedenseinigung lässt sich unser Gesetz nicht in eine Reihe stellen; denn dann hätte eine Mitwirkung der Stände stattfinden, hätte der Friede von denselben beschworen, hätte die Zeitdauer, hätten die befriedeten Personen und Orte angegeben werden müssen. Während die Mainzer Reichsfriedenseinigung den, freilich missglückten, Versuch gemacht hat, an Stelle der provinzialen Vereinbarungen einen allgemeinen Reichsfrieden aufzurichten und von den versammelten Grossen des Reiches beschwören zu lassen, setzt im Gegenteil unser Gesetz den Bestand von Provinzialfrieden voraus; die Überschrift, die ihm der alte Feudist gibt, ist daher ganz entsprechend. — Bei diesem Charakter des Gesetzes kann man ebensowenig von einem ewigen Landfrieden sprechen, der damit hätte aufgerichtet werden sollen, ganz abgesehen davon, dass eine derartige Bestimmung nie hätte fehlen dürfen. Die Ausdrücke „infra pacem constitutam" u. „infra pacis edictum" (Vgl. infra pacis edictionem im Elsässer Landfrieden!) lassen erkennen, dass die in unserem Gesetze enthaltenen Strafbestimmungen über Landfriedensbruch zunächst nur für die Zeitdauer Geltung haben sollten, für welche die einzelnen Provinzialfrieden aufgerichtet und beschworen worden waren. Freilich lag es in der Absicht des Kaisers, dass nach Ablauf dieser Frist die Provinzialfrieden erneuert würden. Manche der Provinzialfrieden werden sich überdies an die alten Gottesfrieden angeschlossen haben, wie der im J. 1179 von Friedrich erneuerte rheinfränkische Friede zeigt; in diesem Falle war nicht einmal für die Dauer der provinzialen Vereinbarungen gänzliche Einstellung der Fehden geboten, sondern diese nur auf gewisse Tage beschränkt und an bestimmte Formen gebunden. Von einer Aufhebung des Fehderechtes durch unser Gesetz kann also keineswegs die Rede sein. Man kann daher auch nicht in einem späteren Friedensgesetze (Constitutio contra incendiarios), worin die 3 Tage vorher angesagte Fehde als gesetzlich anerkannt wird, einen Widerspruch mit der früheren Landfriedensthätigkeit Friedrichs finden.

— II, c. 56; Sequenti die (18. Sept. 1156) in publico residens consistorio, ne Baioaria ulterius totius regni quietis inmunis esset, treugam a proximo pentecosten ad annum iurari fecit. Porro tanta ab ea die usque inpresentiarum toti Transalpino pacis iucunditas arrisit imperio, ut non solum imperator et augustus, sed et pater patriae iure dicatur Fridericus. Ragewin III, c. 1: Ea denique pax in Germania erat, ut mutati homines, terra alia, caelum ipsum mitius mollinsque videretur.]

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, episcopis, ducibus, comitibus, marchionibus et omnibus ad quos litterae istae pervenerint, gratiam suam et pacem et dilectionem. Quoniam, divina praeordinante clementia, solium regiae maiestatis conscendimus, dignum est, ut cuius praecellimus munere, illi omnino pareamus in operatione. Inde est, quod nos, tam divinas quam humanas leges in suo vigore manere cupientes, et ecclesias sive ecclesiasticas personas sublimare, et ab incursu sive invasione quorumlibet defensare intendentes, quibuscumque personis ius suum conservare volumus, et pacem diu desideratam et antea toti terrae necessariam, per universas regni partes habendam regia auctoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda sit et servanda, in subsequentibus evidenter declarabitur.

1. Si quis hominem infra pacem constitutam occiderit, capitalem subeat sententiam, nisi per duellum hoc probare possit, quod vitam suam defendendo illum occiderit. Si autem manifestum omnibus hoc fuerit, quod non necessario, set voluntate illum occiderit, tunc neque per duellum, nec quolibet alio modo se excusabit, quin capitali dampnetur sententia. Si vero pacis violator a facie iudicis fugerit, res eius mobiles a iudice in populo publicentur, et dispensentur; heredes autem sui hereditatem quam ille tenebat recipiant, tali conditione imposita, ut iureiurando spondeatur, quod ille pacis violator numquam de cetero ipsorum voluntate aut consensu aliquod emolumentum inde percipiat. Quod si heredes, neglecto postmodum iuris rigore, hereditatem ei dimiserint, comes eandem hereditatem regiae ditioni assignet, et a rege iure beneficii recipiat.[a]*)

2. Si quis alium infra pacis edictum vulneraverit, nisi duello quod vitam suam defendendo hoc fecerit probaverit, manus ei amputetur, et sicut superius dictum est, iudicetur; iudex ipsum et res eius secundum rigorem iustitiae strictius persequatur.

3. Si quis alium ceperit, et absque effusione sanguinis fustibus percusserit, quod[b] crines eius aut barbam expilaverit, 10 libras ei cui iniuria illata esse videtur per compositionem impendat, et

a) Pertz: recipiant. b) p. ita quod 6.; p. et 5; p. vel 4, 7, 8.

*) Vgl. ähnliche Bestimmungen über die liegenden Güter des Friedensbrechers im Mainzer Gottesfrieden, in der Mainzer Reichsfriedenseinigung, im Schwäbischen Landfrieden v. 1104.

iudici 30[a] libras persolvat. Si vero temerarius absque percussione eum invadat, quod vulgo dicitur asteros hant[b] calida manu, verbis contumeliisque male tractaverit, 10[c] libras pro tali excessu componat, et iudici decem persolvat. Quicumque suo iudici pro excessu viginti libras vadiaverit[d], praedium suum illi pro pignore tradat, et intra 4 septimanas vadiatam pecuniam persolvat; et si intra 4 septimanas praedium suum solvere neglexerit, et heredes sui, si voluerint, hereditatem recipiant, et comiti intra 6[e] septimanas 20 libras persolvant; sin autem, comes eandem hereditatem regiae potestati consignet, proclamancium dampnum restituat, et praedium a rege beneficiali iure optineat.

4. Si clericus de pace violata pulsatus fuerit[f], et notatus et proscriptus fuerit, aut pacis violatorem in contubernio suo habuerit, et de hiis in praesentia sui episcopi et sufficienti testimonio convictus fuerit, comiti in cuius comitatu idem clericus hoc perpetraverit, 20 libras persolvat, et de tanto excessu secundum statuta canonum episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit, non solum officio et beneficio ecclesiastico privetur, verum etiam tamquam proscriptus habeatur.*)

5. Si iudex pacis aliquem violatorem clamore populi ad castrum alicuius domini secutus fuerit, dominus idem cuius esse castrum cognoscitur ad faciendum iustitiam illum producat; quod si de sua diffisus fuerit innocentia, et ante iudicis conspectum venire formidaverit, si mansionem in castro habeat, dominus eius omnia mobilia sub iuramento iudici repraesentet, et eum de cetero in domo sua tamquam proscriptum non recipiat; si vero mansionem in castro suo non habuerit, dominus eius secure eum adducere faciat, ac postmodum iudex cum populo eum tamquam pacis violatorem persequi non desistat.

6. Si duo homines pro uno beneficio contendunt, et unus super eodem beneficio investitorem producit, illius testimonium, cum investitor donum investiturae recognoscit, comes primo recipiat; et si idem probare poterit ydoneis testibus, quod absque rapina hoc idem beneficium habuit, remota controversiae materia, illud optineat: quod si de rapina praesente iudice convictus fuerit,

---

a) XX corr. XXX 5; viginti 4, 7, 8; X 6. b) haistera hand heisst es in den alten Leges. c) V 4—8. d) Sicherheit geben durch Pfandbestellung (vadium, Wedde, Satzung). Als Pfand dienten entweder bewegliche Sachen, sei es ein „Kistenpfand“, sei es ein „essendes, zehrendes Pfand“, oder auch Immobilien. Im letzteren Falle fand die Verpfändung bis ins 13. Jahrh. ausschliesslich statt in Form der Übertragung der Gewere (= vestitura, des Besitzes oder Besitzrechtes) an den Gläubiger. e) V 1 (6). f) *ὠθεῖν, αἰτιᾶσθαι*, in ius vocare.

*) Die Ausnahmestellung der Kleriker erscheint durch diesen Artikel im Vergleich zu einer Bestimmung des Mainzer Gottesfriedens bedeutend beschränkt.

rapinam dupliciter solvat, beneficio careat, nisi iustitia et iudicio dictante illud in posterum requirat.

7. Si tres vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes uterque diversos investitores, iudex in cuius praesentia causa ventilatur, a duobus requirat boni testimonii hominibus, in provincia eorundem litigatorum commorantibus, per sacramentum quod iuraverint, quis illorum absque rapina eius beneficii possessor extitit, et cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor beneficium suum quiete optineat, nisi iudicio et iusticia dictante alter de manu sua illud eripiat.

8. Si rusticus militem de violata pace pulsaverit, de manu sua iurabit, quod non voluntate, set necessitate hoc faciat; manu quarta[a] se miles expurgabit.*)

9. Si miles rusticum de violata pace pulsaverit, rusticus manu sua iurabit, quod non voluntate, set necessario hoc fecit; de duobus unum rusticus eligat, an divino, an humano iudicio innocentiam suam ostendat, aut 6[b] testibus ydoneis, quos iudex elegerit, se expurget.

10. Si miles adversus militem pro pace violata aut aliqua capitali causa duellum committere voluerit, facultas pugnandi ei non concedatur, nisi probare possit, quod antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat.

11. Post natale sanctae Mariae unusquisque comes 7 boni testimonii viros sibi eligat, et de qualibet provincia sagaciter disponat, et quanto praetio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter provideat; quicumque vero contra deliberationem ipsius intra terminum anni modium altius et carius vendere praesumpserit, tamquam violator pacis habeatur, et totidem 30[c] libras comiti persolvat, quanti modios[d] altius vendidisse convictus fuerit.**)

12. Si quis rusticus arma vel lanceam portaverit vel gladium, iudex in cuius potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel 20 solidos pro ipsis accipiat a rustico.***)

13. Mercator negotiandi causa per provinciam transiens, gladium suum suae sellae alliget, et[e] super[f] vehiculum suum ponat, ne umquam laedat innocentem, set ut se a praedone defendat.

---

a) mit vier Eideshelfern. b) V 4; VII, 6, 7, 8; VI corr. VII 5, 6; c) XX 4, 7, 8. d) m. siue maldios 5, 8; m. siue maldros 7. e) uel 5, 7, 8. f) sub 7, 8.

*) Mit Recht macht Nitzsch a. a. O. darauf aufmerksam, dass hier im Gegensatz zu den früheren Friedensordnungen nicht mehr zwischen liber u. servus, sondern zwischen miles u. rusticus unterschieden wird. Ein hübsches Stück deutscher Verfassungs- u. Wirtschaftsgeschichte ist damit angedeutet. **) Nach Giesebrecht ist die merkwürdige Bestimmung wohl dadurch veranlasst worden, dass in jener Zeit öfters Misswachs, namentlich in Schwaben, eingetreten war. Nitzsch a. a. O.: „Nichts versetzt uns lebendiger in die damalige noch immer wesentlich bäuerliche Kultur der Nation, als diese Bestimmung.“ ***) Vgl. Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis Heinrich VI. a. a. O. S. 138.

14. Nemo retia sua aut laqueos aut alia quaelibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad ursos, apros, lupos capiendos.

15. Ad palatium comitis nullus miles ducat arma, nisi rogatus a comite. Publici latrones et convicti antiqua dampnentur sententia.

16. Quicumque advocatiam suam vel aliud quodlibet beneficium inornate tractaverit, et a domino suo ammonitus fuerit, et non resipuerit, in sua perseverans insolentia[a], ordine iudiciario tam advocatia quam beneficio exutus, si postmodum ausu temerario advocatiam vel beneficium invaserit, pro violatore habeatur pacis.

17. Si quis 5 solidos aut valens[b] fuerit furatus, laqueo suspendatur; si minus, scopis forfice excorietur et tondatur.

18. Si ministeriales alicuius domini inter se gwerram habuerint, comes sive iudex, in cuius regimine ea fecerint, leges et iudicia exinde persequatur.

19. Quicumque per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quantum propinquo[c] secus viam stans in loco amplecti potuerit, ad refectionem et respirationem equi sui, impune ipsi equo porrigat. Licitum sit, ut herba et viridi sylva sine vastatione aliqua quilibet utatur pro sua comoditate et usu necessario.*)

XXXIII. Bericht Friedrichs an Otto v. Freising 1157.**)

(Otto Fris. Gesta, Einleitung.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto patruo suo Ottoni Frisingensi episcopo gratiam suam et omne bonum.

Cronica, quae tua sapientia digessit vel desuetudine inumbrata in luculentam erexit consonantiam, a dilectione tua nobis transmissa cum ingenti gaudio suscepimus, et post bellicos sudores interdum in his delectari et per magnifica gesta imperatorum ad virtutes informari preoptamus. Ea vero quae ab ingressu regni a nobis gesta sunt, ad peticionem tuam breviter

a) insollercia 4, 8. b) u. uel amplius f. 4, (aut) 7, 8. c) propinquius 4, 5, 7, 8 secundum.

*) Dieser Artikel wird durch eine Bestimmung der lex antiqua im rheinfränkischen Landfrieden v. J. 1179 erläutert. Vgl. auch Artikel 9 des Elsässer Landfriedens.

**) Über Friedrichs ersten Römerzug, von dem dieser Bericht hauptsächlich handelt, vgl. Prutz I, 56 82; Detloff, Der erste Römerzug K. Friedrichs I. 1154—55; Giesebrecht V, 39—74; Nitzsch, Gesch. d. d. V. II, 236—40. („Die Berichte der kaiserlichen Kanzlei dürfen uns darüber nicht täuschen, dass die unmittelbaren Resultate dieser italienischen Unternehmung äusserst gering waren. Es war dem staufischen Könige weder den lombardischen Städten, noch dem römischen Senat, noch Apulien gegenüber gelungen, aus seiner anfänglichen Stellung einen Schritt herauszukommen.")

conpilata noticiae tuae libenter commendaremus, nisi quod ad similitudinem priorum gestorum, quae ab excellentissimis viris edita sunt, magis dici possunt umbra quam facta. Tamen, quia tuum preclarum ingenium humilia extollere et de parva materia multa scribere novit, plus confisi tuis laudibus quam nostris meritis, tantillum hoc, quod in Romano orbe per quinquennium fecimus, paucis perstringere curamus.

Post primam unctionem Aquisgrani et acceptam coronam Teutonici regni generalem curiam Merseburch in pentecosten celebravimus; ubi rex Danorum Petrus ad curiam nostram vocatus venit, et hominio ac fidelitate nobis facta, coronam regni de manu nostra suscepit. Deinde Cicensem episcopum Wichmannum ad archiepiscopatum Magdeburgensem transtulimus; et quamquam multae lites et controversiae inter nos et Romanam aecclesiam inde fuissent, ad ultimum tamen quod a nobis laudabiliter factum fuit, auctoritas apostolica confirmavit. Post haec expeditionem Romam movimus, et in valida manu Longobardiam intravimus. Haec quia propter longam absentiam imperatorum ad insolentiam declinaverat et suis confisa viribus aliquantum rebellare coeperat, nos animo indignati omnia fere castella eorum furore debito et iusto non militum, sed servientium destruximus. Mediolanenses versuti et superbi verba sine fide nobis dederunt, et ut nostra concessione super Cumas et Laudam dominium habere mererentur, multam pecuniam nobis promiserunt; sed cum nec prece nec precio flectere nos possent, et cum ad terram eorum venissemus, a terra copiosa sua declinantes, tres dies in solitudine nos duxerunt, quousque tandem contra voluntatem eorum prope iuxta Mediolanum ad miliare Teutonicum castra metati essemus; ibique dum ab eis mercatum quereremus, et ipsi nobis eum negarent, nobilissimum castrum eorum, Rosatum videlicet, quod quingentos milites armatos habebat, capi et incendio destrui fecimus; ibi milites nostri usque ad portam Mediolanensium iverunt et multos vulneraverunt et multos ceperunt. Hinc inde ortis inimicitiis inter nos et illos, fluvium Ticinum versus Novariam transeuntes, pontes duos, quos ipsi armaverant et incastellaverant, violenter occupavimus. Quos post transitum totius exercitus nostri destruximus. Inde tria castra eorum fortissima, Mumma videlicet, Gaila et Trica[a], destruximus, et natali Domini cum maxima iocunditate celebrato, per Vercellas et Taurinum euntes, Padum transivimus; inde Cheram, maximam et munitissimam villam, destruximus, civitatem Astam incendio vastavimus. Deinde Terdonam, civitatem munitissimam natura et arte, obsedimus; et post tres dies burgo capto, ipsam arcem cepis-

a) Die bisher genannten Burgen sind: Rosate, Torre di Momo, Galliate und Trecate.

semus, nisi nox et maxima tempestas nos cohibuisset. Tandem post multos assultus, multas cedes et miserabilem stragem illorum et non modicum dampnum nostrorum arcem per deditionem occupavimus et quendam principem Grecorum, qui a marchione Malaspina captus erat, liberavimus. Destructa Terdona, Papienses, ut gloriosum post victoriam triumphum nobis facerent, ad civitatem nos invitaverunt; ibi in corona et maxima laeticia et ingenti servitio civitatis tres dies deduximus. Deinde directo tramite per Longobardiam, Romaniam, Tusciam euntes, Sutrium usque pervenimus. Ibi domnus papa*) cum tota aecclesia Romana gaudenter nobis occurrit et consecrationem nobis paterne obtulit suaque gravamina, quae a Romano populo passus erat, nobis conquestus est. Sic nos cottidie simul euntes et simul hospitantes dulciaque miscentes colloquia, Romam usque pervenimus. Romani nuncios suos ad nos miserunt, et maximam pecuniam pro fidelitate eorum ac servitio, tria quoque a nobis iuramenta exquisierunt. Inde, cum domno papa et cardinalibus consilio inito, quia imperium emere noluimus et sacramenta vulgo prestare non debuimus, ut omnes dolos et machinamenta eorum declinaremus, Octaviano cardinale conducente, maxima pars miliciae nostrae nocte per portam parvulam iuxta Sanctum Petrum intravit, et sic monasterium Sancti Petri preoccupavit. Mane facto, domnus papa cum tota aecclesia ad basilicam sancti Petri nos precessit et ad gradus cum maxima processione nos suscepit, et missa celebrata ad altare apostolorum Petri et Pauli in honore sanctae Mariae virginis, quia sabbatum erat, benedictionem coronae Romani imperii largiter super caput nostrum effudit. Quo rite peracto, dum omnes nimio labore et estu confecti ad tentoria rediremus et cibum caperemus, Romani de ponte Tyberino prosiluerunt et in monasterio Sancti Petri, duobus servis nostris occisis et cardinalibus spoliatis, papam capere intendebant. Nos vero deforis strepitum audientes, armati per muros irruimus, et tota die cum Romanis conflictum habentes, eorum pene mille occidimus et in Tyberi submersimus et captivos deduximus, donec nox nos et illos diremit. Mane facto, quia victualia nobis defecerant, assumpto papa et cardinalibus, cum triumpho victoriae laeti recessimus, et omnibus castris et munitionibus quae circa Urbem erant in potestatem nostram deditis, usque Albam venimus et per aliquot dies ibi cum papa morati sumus. Inde ivimus Spoletum, et quia rebellis erat et comitem Gwidonem Werram et caeteros nuncios nostros in captivitate tenebant, assultum

*) Die hier nicht erwähnte wörtliche Erneuerung des Konstanzer Vertrages s. bei Huillard-Bréholles, Rouleaux de Cluny S. 54. Vgl. hierüber ausser den bereits angeführten Werken Jungfer, Untersuchungen der Nachrichten über Friedrichs I. Griech. u. Normann. Politik bis zum Wormser Reichstage (1157) u. Ribbek, Friedrich I. u. die röm. Kurie 1157—59 S. 8 ff.

ad civitatem fecimus. Mirabile et inscrutabile iudicium Dei. A tercia usque ad nonam munitissimam civitatem, quae pene centum turres habebat, vi cepimus, igne videlicet et gladio, et infinitis spoliis acceptis, pluribus igne consumptis, funditus eam destruximus. Inde euntes versus Anconam, Paliologum nobilissimum principem Grecorum et Maroducam, socium eius, cum caeteris nunciis Constantinopolitani obvios habuimus. Qui ut in Apuliam iremus et hostem utriusque imperii Wilhelmum potentia virtutis nostrae conterere vellemus, infinitam pecuniam nobis dare spoponderunt. Quia vero milicia nostra propter multos labores et bella nimis attrita fuit, placuit magis principibus redire, quam in Apuliam descendere. Sicque nobis redeuntibus et Grecis cum superbia multitudinis suae et copiosa pecunia in Apuliam euntibus, Paliologus post adeptum Barum et munitionem destructam obiit, et Wilhelmus, congregato exercitu, repente in Grecos irruit, et paucis captis et caeteris occisis, omnem pecuniam asportavit*). Nos vero cum maxima victoria a Deo nobis prestita, qualem cum mille octingentis militibus conquisitam prius numquam audivimus, Veronam usque pervenimus. Qualiter illi in precipitio cuiusdam montis nobis insidias posuerint, et qualiter a nobis occisi et duodecim suspensi sint, tu audisti. Scis etiam in ordine, quam inter fratrem tuum ducem Austriae et ducem Baioariae concordiam fecerimus, et quam gloriose Fridericum in Coloniensi archiepiscopatu sublimaverimus. Haec pauca paucis comprehensa illustri ingenio tuo dilatanda et multiplicanda porrigimus.

XXXIV. Conventio Beneventana, Juni 1156.**)

(Watterich, Pont. Rom. Vitae II, 352 ff.)

In nomine Domini Dei aeterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Amen. Domino Hadriano Dei gratia sanctae Romanae ecclesiae

*) Die griechischen Gesandten waren: Michael Paläologus u. Johannes Ducas. Vgl. Otto Fris. Gesta II, c. 36, 37 u. 49; Kinnamos IV, 1 u. 2; Nicetas II, 120; Vita Hadriani, Watterich II, 332 u. ausser den bereits oben angeführten Werken Jungfer a. a. O. u. Kap-Herr a. a. O. S. 58. Über die Beziehungen Friedrichs zu Byzanz seit dem J. 1154 werde ich in einer Anmerkung zu nr. XXXVII handeln.

**) Watterich gibt diese Urkunde nach Cencius, liber censuum fol. 128b u. Baronius, Ann. eccl. ad ann. 1156. Vgl. dazu Prutz I, 108 f.; Weiland in Sybels Hist. Zeitschrift Bd. 31, S. 461; Jungfer a. a. O.; Detloff a. a. O; Giesebrecht V, 100 f.; Ribbeck a. a. O. S. 10 ff.; Varrentrapp, Zur Geschichte d. d. Kaiserzeit in Sybels Hist. Zeitschr. 47, 407. Über die kirchenrechtliche Bedeutung des Konkordats vgl. Hinschius, System des katholischen Kirchenrechts II, 594 f., 600 f., III, 309. Der Friede von Benevent verstiess wie der etwas spätere Friede mit den Römern gegen den Konstanzer Vertrag, der zwar dem Wortlaute nach nur Friedrich verpflichtete, keinen einseitigen Frieden mit Sizilien u. den Römern zu machen, dem Geiste nach aber die gleiche Verbindlichkeit als selbstverständlich für den Teil voraussetzte, zu dessen Gunsten der

summo Pontifici, karissimo domino et patri suo reverendo, eiusque successoribus Willelmus eadem gratia rex Siciliae, [ducatus Apuliae et principatus Capuae][a].

Nostrae semper consuetudinis extitit, [animum nostrum in triumphis et maximis humiliare successibus et tunc nos attentius ad omnipotentis Dei obsequium et cultum mansuetudinis exponere, cum ad maiorem prosperitatem et gloriam nos vidimus pervenire, tales in tranquillis et prosperis rebus erga nostri redemptoris obsequium inveniri volentes, ut perceptorum a rege omnium regum beneficiorum non appareamus ingrati, et maiores successus atque victorias de brachio virtutis Dei iugiter sperare possimus. Huius quidem nostrae consuetudinis consideratione inducti, caesis et comprehensis in manu bellica ad laudem et gloriam nominis Dei Graecis et barbaris nationibus, quae regnum nostrum nulla earum vi, sed proditorum nostrorum dolositate intraverant, devictis et fugatis de finibus regni nostri turbatoribus pacis, proditoribus nostris, humiliandos nos sub omnipotenti manu Dei decrevimus et ad cultum humilitatis propensius intendendum].

Discordiae igitur illi, quae inter Romanam ecclesiam et nos fuerat agitata, finem congruum imponere cupientes, cum appropinquassemus civitati Beneventi et inimici nostri ante faciem indignationis nostrae fugissent, venerabiles cardinales vestros, Hubaldum scilicet tituli sanctae Praxedis et Iulium tituli sancti Marcelli presbyteros cardinales et cum eis Rolandum tituli sancti Marci presbyterum cardinalem et cancellarium vestrum, quos ad nostram praesentiam direxistis, eo quo decuit honore suscepimus et desiderium ac monita vestra de bono pacis ex ore ipsorum libenti animo audientes, ipsis et Maione, magno amirato amiratorum dilecto fideli et familiarissimo nostro, et Hugone Panormitano et Romualdo Salernitano venerabilibus archiepiscopis et Willelmo Troiano[b] episcopo et Marino Cavensi abbate fidelibus nostris mediantibus, in hunc vobiscum per eos pacis devenimus concordiaeque tenorem, videlicet ut de capitulis illis, de quibus inter maiestatem vestram et nos controversia vertebatur, quod subscriptum est, observetur:

De appellationibus quidem ita. Si aliquis clericus in Apulia et Calabria et aliis terris, quae Apuliae sunt affines, adversus alium clericum de causis ecclesiasticis querelam habuerit et a

---

andere Paktant die Verpflichtung übernommen, u. ist **hierin der eigentliche Anfang zum Bruche zwischen Kaiser u. Papst zu suchen.** (Vgl. Romuald v. Salerno M. G. S. S. XIX, 429 u. nr. XXXV u. XXXVIII meiner Sammlung.) Das ist selbst von Nitzsch nicht entsprechend gewürdigt worden. Durch den Vertrag v. Benevent wurde Hadrian IV. in eine ähnliche Stellung zu Sizilien einerseits, zum Kaiser andererseits gebracht, wie Innocenz II. durch die Urkunde vom 27. Juli 1139 (s. nr. IV. Anm. meiner Sammlung).

a) Das Eingeklammerte lässt Cencius weg; b) Baronius Calano.

capitulo aut episcopo vel archiepiscopo suo, seu alia ecclesiastica persona suae provinciae non potuerit emendari, [libere] tunc si uoluerit, [ad] ecclesiam Romanam appellet. Translationes in ecclesiis fient, si necessitas aut utilitas ecclesiae aliquem de una ecclesia ad aliam vocaverit et vos aut vestri successores concedere volueritis.*) Consecrationes et visitationes libere Romana ecclesia in omni regno nostro habebit. Sane celebrationes conciliorum Romana ecclesia[a] faciet, in quacunque[b] civitate Apuliae vel Calabriae voluerit aut illarum partium, quae Apuliae sunt affines, civitatibus illis exceptis, in quibus persona nostra vel heredum nostrorum [in] illo tempore fuerit, [remoto malo ingenio], nisi cum voluntate nostra nostrorumque heredum. In Apulia et Calabria et partibus illis, quae Apuliae sunt affines, Romana ecclesia[c] libere legationes habebit. Illi tamen, qui ad hoc a Romana ecclesia fuerint delegati, possessiones ecclesiae non devastent. In Sicilia quoque Romana ecclesia consecrationes**) et visitationes habeat et si de Sicilia personas aliquas ecclesiastici ordinis vocaverit magnificentia nostra nostrorumque heredum pro christianitate facienda vel pro suscipienda corona, remoto malo ingenio retinebit quas providerit retinendas. Cetera quoque ibidem habebit Romana ecclesia, quae habet in aliis partibus regni nostri, excepta apellatione et legatione, quae nisi ad petitionem nostram et heredum nostrorum ibi non fient.

De ecclesiis et monasteriis terrae nostrae, de quibus a Romana ecclesia quaestio mota fuit, sic fiet: Vos quidem et vestri successores in eis habebitis quod habetis[d] in ceteris ecclesiis, quae sub nostra potestate consistunt, quae[e] solitae sunt accipere consecrationes seu benedictiones a Romana ecclesia, et debitos insuper et statutos ei census exolvent.

---

a) die Worte in omni—ecclesia fehlen bei Baronius; b) in quacunque fehlt bei B.; c) Watterich, Romanae ecclesiae. d) quod habetis fehlt bei B.; e) fehlt bei B.

*) Damit ist das nr. XXIV, S. 63 Anm. u. nr. XXVI b. S. 77 Anm. erwähnte Bestätigungsrecht bei Translationen dem Papste im Königreiche beider Sizilien zugestanden. Das gleiche Zugeständnis ist 1169 von König Stephan III. von Ungarn dem Papste Alexander III. gemacht worden. Fejer, Cod. dipl. Hung. II, 180 f.; Hinschius a. a. O. III, 309; II, 600. Zu allgemeiner, auch von seiten der deutschen Könige unbestrittener Anerkennung gelangte dieses päpstliche Bestätigungs- und Entscheidungsrecht bei Translationen erst unter Innocenz III., wie bereits oben bemerkt. Hinschius a. a. O. III, 310 f. **) Damit ist also dem Papste im ganzen Königreiche beider Sizilien das Recht der Konsekration sowohl hinsichtlich der Erzbischöfe als der einfachen Bischöfe zugestanden. Gegenüber den Erzbischöfen ist in Italien, in Frankreich und in England ebenfalls seit dem 12. Jahrh., in den übrigen Ländern seit dem 13. Jahrh. auf Grund des Dekretalienrechtes diese Praxis geübt worden. Seit dem 14. Jahrh. ist auch die Konsekration der einfachen Bischöfe in allen Ländern allmählich zum ausschliesslichen Rechte des Papstes geworden. In der Regel nimmt der Papst die Konsekration nicht persönlich vor, sondern beauftragt damit einen andern Bischof. Hinschius a. a. O. II, 600 f.

De electionibus quidem ita fiet: Clerici convenient in personam idoneam et illud inter se secretum habebunt, donec personam illam excellentiae nostrae pronuntient, et postquam persona celsitudini nostrae fuerit designata, si persona illa de proditoribus aut inimicis nostris vel heredum nostrorum non fuerit aut magnificentiae nostrae non extiterit odiosa vel alia in ea causa non fuerit, pro qua non debeamus assentire, assensum praestabimus.*)

Profecto vos nobis et Rogerio duci filio nostro et heredibus nostris, qui in regnum pro voluntaria ordinatione nostra successerint, concedetis regnum Siciliae, ducatum Apuliae et principatum Capuae cum omnibus pertinentiis suis, Neapolim, Salernum et Amalfiam cum pertinentiis suis, Marsiam et alia quae ultra Marsiam debemus habere et reliqua tenimenta, quae tenemus, a praedecessoribus nostris, hominibus sacrosanctae Romanae ecclesiae, iure detenta, et contra omnes homines adiuvabitis honorifice manutenere.

Pro quibus omnibus vobis vestrisque successoribus et sanctae Romanae ecclesiae fidelitatem iuravimus et vobis ligium hominium fecimus, sicut continetur in duobus similibus capitularibus, quorum alterum penes vestram maiestatem sigillo nostro aureo, alterum vero sigillo vestro signatum penes nos habetur. Et censum sexcentorum schifatorum de Apulia et Calabria, quingentorum vero de Marsia, vel aequivalens in auro vel argento nos ac nostros heredes Romanae [ecclesiae] statuimus annis singulis soluturos, nisi forte impedimentum aliquod intercesserit, quo cessante census ex integro persolvetur. Omnia vero praedicta, quae nobis concessistis, sicut nobis, ita etiam et heredibus nostris concedetis, quos [pro] voluntaria ordinatione nostra statuerimus, qui sicut nos vobis vestrisque successoribus et ecclesiae Romanae fidelitatem facere et quae praescripta sunt, voluerint observare.

Ut autem, quae supradicta sunt, tam vestro quam vestrorum successorum tempore perpetuam obtineant firmitatem et ne nostris

---

*) Das hier sehr allgemein gehaltene königliche Einspruchsrecht ist später zu Gunsten der Wahlfreit der Kapitel beschränkt worden. In dem vom Gegenkönig Tankred mit Papst Cölestin III. 1191 geschlossenen Konkordat wurde bestimmt (Watterich a. a. O. II, 722): De electionibus in toto regno libere faciendis, ita quod facta electio praesentetur regi, cui rex praestabit assensum, n i s i e l e c t u s e s s e t d e p r o d i t o r i b u s v e l n o t i s i n i m i c i s e t t a l e s d i c t u s p a p a a d r e g i s i n s t a n t i a m r e p r o b a b i t. Noch weitere Konzessionen zu Gunsten der Wahlfreiheit erlangte Innocenz III. von der Kaiserin Konstanze 1198: Sede vacante capitulum significabit vobis et vestris haeredibus abitum decessoris. Deinde convenientes in unum . . . eligent canonice personam idoneam, cui requisitum a vobis praebere debeatis assensum, et electionem factam non different publicare. Electionem vero factam et publicatam denuntiabunt vobis et vestrum requirent assensum. Sed antequam assensus regius requiratur, non inthronicetur electus . . . nec antequam auctoritate pontificali fuerit confirmatus, administrationi se ullatenus immiscebit (Ep. Inn. III. ad Const. I, 411; Migne I, 389). Hinschius a. a. O. II, 594 f.

aut nostrorum heredum temporibus alicuius valeant praesumptione turbari, praesens scriptum per manum Matthaei notarii nostri scribi et bulla aurea nostro typario impresso insigniri ac nostro signaculo decorari iussimus.

Datum ante Beneventum per manum Maionis magni amirati amiratorum, anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, mense iunii, quartae indictionis, anno vero [a] regni domini Willelmi Dei gratia magnifici et gloriosissimi regis Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae sexto feliciter Amen.

XXXV. Der Zwischenfall v. Besançon, Ende Oktober 1157.*)

a) Schreiben Hadrians IV. an den Kaiser, 20. Sept. 1157.**)

(Ragewin, Gesta Friderici III, c. 9.)

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Friderico, illustri Romanorum imperatori, salutem et apostolicam benedic-

a) H. ausgefallen.

*) Vgl. Ficker, Rainald v. Dassel, Erzbischof v. Köln 1156—1167, S. 15—20, 25; Prutz I, 114—121, 126—28; Giesebrecht V, 121—125, 130—132, 138—140; Ribbeck, Friedrich I. u. die Röm. Kurie in den J. 1157—59, S. 21—38; Nitzsch, Gesch. d. d. V. II, 248—251 (Stauf. Studien in Sybels H. Z. 3, 357 f.); Engelmann a. a. O. S. 25; Maurenbrecher a. a. O. S. 170 f. Nach Ficker, dem Nitzsch vollkommen beistimmt, hat Rainald durch seine ungeschickte Verdeutschung der Worte beneficium und conferre im Sinne des urkundlichen Sprachgebrauchs absichtlich den Bruch zwischen Kaiser u. Papst herbeigeführt, um jenen in eine aggressive Politik gegen Rom hineinzureissen. Nach Prutz liess die Zweideutigkeit der Stelle doppelte Auffassung zu. „Den Unbefangenen hätte nichts zu der von Rainald geltend gemachten Auslegung genötigt, der kaiserliche Kanzler aber erkannte durchaus richtig, dass die Kurie hier offenbar nur einen ersten Fühler ausstreckte u. unvermerkt einen Punkt zu gewinnen suchte, von dem aus sie späterhin den kaiserlichen Machtansprüchen Friedrichs entgegentreten könnte, u. als gewandter Diplomat wusste er die geheime Absicht der Kurie zu durchkreuzen u. diese so zu offenem Spiele zu nötigen.“ Ähnlich Ribbeck. Nach Giesebrecht „liessen die Worte kaum einen Zweifel darüber, dass der Papst das Kaiserreich als ein von ihm verliehenes Lehen oder Benefizium ansah, u. in der nur zu getreuen Übersetzung, welche der Kanzler von dem päpstlichen Schreiben gab, trat dies nur noch schärfer hervor.“ Nach Ragewin III, 10 waren am kaiserlichen Hofe römische Äusserungen bekannt geworden, „imperium Urbis et regnum Italicum donatione pontificum reges nostros actenus possedisse“ u. war es schon auf dem ersten Römerzuge zu einer Auseinandersetzung zwischen Kaiser u. Papst wegen jenes bekannten Bildes (nr. VI, c. Anm. meiner Sammlung) im Lateran gekommen. Andererseits darf nicht vergessen werden, dass des einseitigen Friedens wegen mit dem Normannenkönig (s. das Schreiben d) und mit den Römern (Nov. 1156) sich bereits im Stillen ein Bruch zwischen Rom u. der kaiserl. Regierung vollzogen hatte. Zwingend war wohl die Rainaldische Interpretation nicht, erlaubt aber war sie nach den bekannt gewordenen Anschauungen der kirchl. Ultras, diplomatisch gerechtfertigt durch die vorhergehende Verletzung der kaiserl. Interessen seitens der Kurie. **) Dieses und die Schreiben

tionem. Imperatoriae maiestati paucis retroactis diebus recolimus nos scripsisse, illud horrendum et execrabile facinus et piaculare flagitium tempore nostro commissum, in Teutonicis partibus, sicut credimus, aliquando intemptatum, excellentiae tuae ad memoriam revocantes, nec sine grandi ammiratione ferentes, quod absque digna severitate vindictae usque nunc transire passus sis tam perniciosi sceleris feritatem. Qualiter enim venerabilis frater noster E(skillus) Lundenensis archiepiscopus, dum a sede apostolica remearet, a quibusdam impiis et scelestis, quod sine grandi animi merore non dicimus, in partibus illis captus fuerit et adhuc in custodia teneatur, qualiter etiam in ipsa captione predicta viri impietatis, semen nequam, filii scelerati, in eum et in suos evaginatis gladiis violenter excarserint et eos, ablatis omnibus, quam turpiter atque inhoneste tractaverint, et tua serenissima celsitudo cognoscit, atque ad longinquas et remotissimas regiones fama tanti sceleris iam pervenit. Ad cuius utique vehementissimi facinoris ultionem, sicut is[a] cui bona placere, mala vero displicere credimus, constantius exurgere debuisti, et gladium, qui tibi ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum est ex divina provisione concessus, in cervicem desevire oportuit impiorum et gravissime conterere presumptores. Tu vero id ipsum ita dissimulasse diceris, seviciam[b] neglexisse, quod eosdem non est quare peniteat commisisse reatum, quia se inpunitatem sacrilegii quod gesserunt iam iam sentiunt invenisse. Cuius quidem dissimulationis et negligentiae causam penitus ignoramus*), quoniam nos in aliquo serenitatis tuae gloriam offendisse, conscientiae scrupulus nostrum animum non accusat, sed personam tuam sicut karissimi et specialis filii nostri et principis christianissimi, quem in apostolicae confessionis petra non ambigimus per Dei gratiam solidatum, sincera semper dileximus karitate et debitae tractavimus benignitatis affectu. Debes enim, gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter et quam iocunde alio anno mater tua sacrosancta Romana aecclesia te susceperit, quanta cordis affectione tractaverit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit et honoris, et qualiter imperialis insigne coronae libentissime conferens, benig-

---

c) u. d) sind ausser bei Ragewin auch überliefert im Cod. Vind. 629 (iur. can. 133). Die Datierung unseres Schreibens findet sich nur hier.

a) Waitz: his; b) Cod. Vind.: seu etiam, welche Leseart ich vorziehe.

*) Friedrich hatte für die Befreiung des Erzbischofs wohl deshalb nichts gethan, weil er einmal den Erzbischof wegen der Loslösung der nordischen Bistümer vom Hamburger Primat für einen Schädiger des Reiches hielt, andererseits weil er wegen der Verletzung der kaiserlichen Interessen durch die Conventio Benventana und den einseitigen Frieden mit den Römern gegen die Kurie Repressalie üben wollte; letzteres scheint noch Hadrian in diesem Schreiben selber anzudeuten. Vgl. auch Schreiben d) u. e) und nr. XXXVIII.

nissimo gremio suo tuae sublimitatis apicem studuerit confovere, nichil prorsus efficiens quod regiae voluntati vel in minimo cognosceret obviare. Neque tamen penitet nos tuae desideria voluntatis in omnibus implevisse, sed, si maiora beneficia excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, considerantes, quanta aecclesiae Dei et nobis per te incrementa possint et commoda provenire, non inmerito gauderemus. Nunc autem, quia tam inmensum facinus, quod in contumeliam universalis aecclesiae et imperii tui noscitur etiam commissum, negligere ac dissimulare videris, suspicamur utique ac veremur, ne forte in hanc dissimulationem et negligentiam propter hoc tuus animus sit inductus, quod suggestione perversi hominis zizania seminantis adversus clementissimam matrem tuam sacrosanctam Romanam aecclesiam et nos ipsos indignationem, quod absit, aliquam conceperis vel rancorem. Ob hoc igitur et ob alia[a] omnia negotia, quae cognoscimus imminere, duos de melioribus et carioribus quos circa nos habemus, dilectos scilicet filios nostros, Bernhardum sancti Clementis presbiterum cardinalem et Rolandum tituli Sancti Marci presbiterum cardinalem et cancellarium nostrum, viros utique religione et prudentia et honestate conspicuos, serenitati tuae de latere nostro ad presens duximus destinandos, excellentiam tuam rogantes attentius, quatinus eos tam honorifice quam benigne recipias, honeste tractes, et ea quae ipsi super hoc et super aliis ad honorem Dei et sacrosanctae Romanae aecclesiae, ad decus etiam et exaltationem imperii pertinentia ex parte nostra imperatoriae proposuerint dignitati, sicut[b] ab ore nostro procedant, absque ulla hesitatione suscipias et ipsorum verbis, tamquam si ea contingeret nos proferre, fidem non dubites adhibere.

Dat. Anagniae 12. Kal. Octobris.

b) Manifest des Kaisers, Ende Oktober 1157.

(Ragewin, Gesta Frid. III, c. 11.)

Cum divina potentia, a qua omnis potestas in caelo et in terra nobis, christo eius, regnum et imperium regendum commiserit, et pacem aecclesiarum imperialibus armis conservandam ordinaverit, non sine maximo dolore cordis conqueri cogimur dilectioni vestrae, quod a capite sanctae aecclesiae, cui Christus pacis ac dilectionis suae caracterem impressit, causae dissensionum, seminarium malorum, pestiferi morbi venenum manare videntur; de quibus, nisi Deus avertat, totum corpus aecclesiae commaculari, unitatem scindi, inter regnum et sacerdotium scisma fieri per-

a) Cod. Vind.: alia quaedam; b) Cod. Vind.: velut si.

timescimus. Cum enim nuper in curia Bisuncii essemus et de honore imperii et salute aecelesiarum debita sollicitudine tractaremus, venerunt legati apostolici, asserentes, se talem legationem nostrae afferre maiestati, unde honor imperii non parvum accipere deberet incrementum. Quos cum prima die adventus sui honorifice suscepissemus, et secunda, ut mos est, ad audiendam legationem eorum cum principibus nostris consedissemus, ipsi, quasi de mammona iniquitatis inflati, de altitudine superbiae, de fastu arrogantiae, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem apostolicis litteris conscriptam nobis presentaverunt, quarum tenor talis erat, quod pre oculis mentis semper deberemus habere, qualiter domnus papa insigne imperialis coronae nobis contulerit, neque tamen penitentia moveretur, si maiora excellentia nostra ab eo beneficia suscepisset. Haec erat illa paternae dulcedinis legatio, quae unitatem aecclesiae et imperii confovere debuit, quae vinculo pacis utrumque colligare studuit, quae ad utriusque concordiam et obedientiam animos audientium allexit. Certe ad vocem illam nefandam et omni veritate vacuam non solum imperialis maiestas debitam indignationem concepit, verum omnes principes qui aderant tanto furore et ira sunt repleti, quod sine dubio illos duos iniquos presbiteros mortis sententia dampnassent, nisi hoc nostra intercepisset presentia. Porro quia multa paria litterarum apud eos reperta sunt et scedulae sigillatae ad arbitrium eorum adhuc scribendae[a], quibus, sicut actenus consuetudinis eorum fuit, per singulas aecclesias Teutonici regni conceptum iniquitatis suae virus respergere, altaria denudare, vasa domus Dei asportare, cruces excoriare nitebantur, ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem qua venerant via ad Urbem eos redire fecimus. Cumque per electionem principum a solo Deo regnum et imperium nostrum sit, qui in passione Christi filii sui duobus gladiis necessariis regendum orbem subiecit, cumque Petrus apostolus hac doctrina mundum informaverit: 'Deum timete, regem honorificate', quicumque nos imperialem coronam pro beneficio a domno papa suscepisse dixerit, divinae institutioni et doctrinae Petri contrarius est et mendacii reus erit. Quia vero actenus honorem ac libertatem aecclesiarum, quae iam diu indebitae servitutis[b] iugo depressa est, a manu Egyptiorum studuimus eripere et omnia eis dignitatum suarum iura conservare intendimus, universitatem vestram super tanta ignominia nobis et imperio condolere rogamus, sperantes, ne honorem imperii, qui a

a) Blanquete; scedula an sich bezeichnet eine Urkunde von kleinerem Umfange. b) Waitz: sevitutis.

constitutione Urbis et christianae religionis institutione ad vestra usque tempora gloriosus et imminutus extitit, fidei vestrae indivisa sinceritas tam inaudita novitate, tam presumptuosa elatione imminui paciatur, sciens, omni ambiguitate remota, quod mortis periculum ante vellemus incurrere, quam nostris temporibus tantae confusionis obprobrium sustinere.

c) Schreiben Hadrians IV. an die deutschen Bischöfe.

(Ragewin, Gesta Frid. III, 16.)

Quotiens aliquid in aecclesia contra honorem Dei et salutem fidelium attemptatur, fratrum et coepiscoporum nostrorum, et eorum precipue qui spiritu Dei aguntur, cura debet existere, ut ea quae male gesta sunt gratam Deo correctionem debeant invenire. Hoc autem tempore, quod absque nimio merore non dicimus, karissimus filius noster Fridericus Romanorum imperator tale quid egit, quale temporibus antecessorum suorum non legimus perpetratum. Cum enim nos duos de melioribus fratribus nostris, Bernhardum scilicet tituli Sancti Clementis et Rolandum cancellarium nostrum tituli Sancti Marci presbiteros cardinales, ad ipsius presentiam misissemus, ipse, cum primum ad eius presentiam pervenerunt, alacriter visus est eos recepisse; sequenti vero die, cum redirent ad eum, et litterae nostrae in eius auribus legerentur, accepta occasione cuiusdam verbi, quod ipsarum litterarum series continebat, 'insigne videlicet beneficium coronae tibi contulimus', in tantam animi commotionem exarsit, ut convicia, quae in nos et legatos nostros dicitur coniecisse, et quam inhoneste ipsos a presentia sua recedere ac de terra sua velociter exire compulerit, et audire obprobrium et lamentabile sit referre. Eis autem ab illius presentia excedentibus, facto edicto, ne aliquis de regno vestro ad apostolicam sedem accedat, per omnes fines eiusdem regni custodes dicitur posuisse, qui eos qui ad apostolicam sedem venire voluerint violenter debeant revocare. Super quo facto licet aliquantulum conturbemur, ex hoc tamen in nobis ipsis maiorem consolationem accipimus, quod ad id de vestro et principum consilio non processit. Unde confidimus, eum a sui animi motu consilio et persuasione vestra facile revocandum. Quocirca, fratres, quoniam in hoc facto non solum nostra sed vestra et omnium aecclesiarum res agi dinoscitur, karitatem vestram monemus et exhortamur in Domino, quatinus opponatis vos murum pro domo Domini et prefatum filium nostrum ad viam rectam quam citius reducere studeatis, attentissimam sollicitudinem adhibentes, ut a Reinaldo cancellario suo et palatino comite, qui magnas blasphemias in prefatos legatos nostros et matrem vestram et sacrosanctam Romanam aeccle-

siam evomere presumpserunt, talem et tam evidentem satisfactionem faciat exhiberi, ut, sicut multorum aures amaritudo sermonis eorum offendit, ita etiam satisfactio multos ad viam rectam debeat revocare. Non acquiescat idem filius noster consiliis iniquorum, consideret novissima et antiqua et per illam viam incedat, per quam Iustinianus et alii catholici imperatores incessisse noscuntur. Exemplo siquidem et imitatione illorum et honorem in terris et felicitatem in caelis sibi poterit cumulare. Vos etiam, si eum ad rectam semitam reduxeritis, et beato Petro apostolorum principi gratum dependetis obsequium et vobis et aecclesiis vestris suam conservabitis libertatem. Alioquin noverit antedictus filius noster ex ammonitione vestra, noverit ex promissionis euangelicae veritate, quod sacrosancta Romana aecclesia super firmissimam petram, Deo collocánte, fundata, quantocumque verborum turbine quatiatur, in sua firmitate, protegente Domino, in seculum seculi permanebit. Nec autem, sicut nostis, deceret eum tam arduam viam absque vestro consilio attemptasse; unde credimus, quod auditis ammonitionibus vestris facillime poterit ad frugem sanioris studii, sicut vir discretus et imperator catholicus, revocari.

d) Schreiben der deutschen Bischöfe an den Papst.

(Ragewin, Gesta Frid. III, 17.)

Quamvis sciamus et certi simus, quod aecclesiam Dei fundatam supra firmam petram neque venti neque flumina tempestatum possint deicere, nos tamen infirmiores et pusillanimes, si quando huiusmodi contigerint impetus, concutimur et contremiscimus. Inde nimirum graviter conturbati sumus et conterriti super his quae inter vestram sanctitatem et filium vestrum devotissimum, dominum nostrum imperatorem, magni mali, nisi Deus avertat, seminarium prebitura videntur. Equidem a verbis illis quae in litteris vestris continebantur, quas per nuncios vestros prudentissimos et honestissimos, dominum Bernhardum et dominum Rolandum cancellarium, venerabiles presbiteros cardinales, misistis, commota est universa res publica imperii nostri; aures imperialis potentiae ea pacienter audire non potuerunt neque aures principum sustinere; omnes ita continuerunt aures suas, quod nos, salva gratia vestrae sanctissimae paternitatis, ea tueri propter sinistram ambiguitatis interpretationem vel consensu aliquo approbare nec audemus nec possumus, eo quod insolita et inaudita fuerunt usque ad haec tempora. Litteras autem, quas nobis misistis, debita cum reverentia suscipientes et amplectentes, commonuimus filium vestrum, dominum nostrum imperatorem, sicut iussistis, et ab eo responsum, Deo gratias, accepimus tale, quale

decebat catholicum principem, in hunc modum: 'Duo sunt, quibus nostrum regi oportet imperium, leges sanctae imperatorum et usus bonus predecessorum et patrum nostrorum. Istos limites aecclesiae nec volumus preterire nec possumus; quidquid ab his discordat, non recipimus. Debitam patri nostro reverentiam libenter exhibemus, liberam imperii nostri coronam divino tantum beneficio asscribimus, electionis primam vocem Maguntino archiepiscopo, deinde quod superest caeteris secundum ordinem principibus recognoscimus, regalem unctionem Coloniensi, supremam vero, quae imperialis est, summo pontifici; quidquid preter haec est, ex habundanti est, a malo est. Cardinales in contemptum dilectissimi et reverentissimi patris nostri et consecratoris a finibus terrae nostrae exire non coegimus. Sed cum his et pro his, quae et scripta et scribenda ferebant in dedecus et scandalum imperii nostri, ultra eos prodire pati noluimus. Introitum et exitum Italiae nec clausimus edicto nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus vel pro suis necessitatibus rationabiliter cum testimonio episcoporum et prelatorum suorum Romanam sedem adeuntibus; sed illis abusionibus, quibus omnes aecclesiae regni nostri gravatae et attenuatae sunt et omnes pene claustrales disciplinae emortuae et sepultae, obviare intendimus. In capite orbis Deus per imperium exaltavit aecclesiam, in capite orbis aecclesia, non per Deum, ut credimus, nunc demolitur imperium. A pictura cepit, ad scripturam pictura processit, scriptura in auctoritatem prodire conatur. Non patiemur, non sustinebimus; coronam ante ponemus, quam imperii coronam una nobiscum sic deponi consentiamus. Picturae deleantur, scripturae retractentur, ut inter regnum et sacerdotium aeterna inimiciarum monimenta non remaneant'. Haec et alia, utpote de concordia Rogerii et Willelmi Siculi et aliis quae in Italia facta sunt conventionibus, quae ad plenum prosequi non audemus, ab ore domini nostri imperatoris audivimus. Absente autem palatino comite et in preparatione expeditionis in Italiam iam premisso, a cancellario ibidem adhuc presente aliud non audivimus, nisi quod humilitatis erat et pacis, preter quod eis pro periculo vitae, quod a populo imminebat, pro viribus suis astiterit, cunctis qui ibi aderant huius rei testimonium eis perhibentibus. De caetero sanctitatem vestram suppliciter rogamus et obsecramus, ut nostrae parcatis infirmitati, ut magnanimitatem filii vestri sicut bonus pastor leniatis scriptis vestris scripta priora suavitate mellita dulcorantibus, quatinus et aecclesia Dei tranquilla devotione laetetur et imperium in suae sublimitatis statu glorietur, ipso mediante et adiuvante, qui mediator Dei et hominum factus est homo Christus Iesus.

e) Schreiben Hadrians IV. an den Kaiser, Anf. Februar 1158.*)

(Ragewin III, c. 22 u. 23.)

[Friderico igitur, ut iam dictum est, castra in campestribus Augustae civitatis metato, ad suam eosdem legatos admittit presentiam, eisque clementer receptis, causam adventus exquirit. Illi reverenter ac demisso vultu, voce modesta tale suae legationis assumunt principium: 'Presul sanctae Romanae aecclesiae, vestrae excellentiae devotissimus in Christo pater, salutat vos sicut karissimum et spiritalem sancti Petri filium. Salutant etiam vos venerabiles fratres nostri, clerici autem vestri, universi cardinales, tamquam dominum et imperatorem Urbis et orbis. Quanta dilectione sancta Romana aecclesia amplitudinem et honorem imperii vestri amplectatur, quam sine conscientia peccati vestram satis invita sustinuerit indignationem, et scripta presentia et in ore nostro positae vivae vocis officium declarabit'. Post haec verba litteras efferunt, quae venerabili Ottoni Frisingensi episcopo ad legendum simul et interpretandum datae sunt, viro utique qui singularem habebat dolorem de controversia inter regnum et sacerdotium.]

Ex quo universalis aecclesiae curam, Deo, prout ipsi placuit, disponente, suscepimus, ita in cunctis negotiis magnificentiam tuam honorare curavimus, ut de die in diem animus tuus magis ac magis in amore nostro et veneratione sedis apostolicae debuisset accendi. Unde sine grandi ammiratione non ferimus, quod cum, audito ex suggestione quorumdam animum tuum aliquantulum contra nos fuisse commotum**), duos de melioribus et maioribus fratribus nostris, Rolandum scilicet cancellarium tituli Sancti Marci et Bernhardum tituli Sancti Clementis presbiteros cardinales, qui pro tuae maiestatis honore in Romana aecclesia solliciti semper extiterant, pro voluntatis tuae cognitione ad tuam presentiam direximus, aliter quam imperialem decuerit honorificentiam sunt tractati. Occasione siquidem cuiusdam verbi, quod est ,beneficium', tuus animus, sicut dicitur, est commotus, quod utique nedum tanti viri, sed nec cuiuslibet minoris animum merito commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est ,beneficium', apud quosdam in alia significatione, quam ex inpositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus, et quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono et facto est editum, et dicitur beneficium aput nos non feudum, sed bonum factum; in qua significatione in universo Sacrae

*) Nach Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie, Beilage 7, S. 206, gingen die päpstlichen Gesandten, Heinrich und Hyacinth, mit unserm Schreiben im Anfange des Februar von Rom ab. Im Juni trafen sie auf dem Lechfelde ein. **) Hauptanlass zu der hier wie im Schreiben a) angedeuteten, in der Zeit zwischen Friedrichs erstem Römerzug und der Absendung der päpstlichen Gesandten Bernhard u. Roland eingetretenen Spannung am kaiserlichen Hofe war die Conventio Benventana und der einseitige Friede mit den Römern. In dem Schreiben der Bischöfe an den Papst (d) ist ersterer Beschwerdepunkt ausdrücklich hervorgehoben, letzterer angedeutet.

Scripturae corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei, non tamquam ex feudo, sed velut ex benedictione et bono facto ipsius gubernari dicimur et nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene et honorifice imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus iudicari. Unde quod quidam verbum hoc et illud, scilicet: 'contulimus tibi insigne imperialis coronae', a sensu suo nisi sunt ad alium retorquere, non ex merito causae, sed de voluntate propria et illorum suggestione, qui pacem regni et aecclesiae nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum 'contulimus' nil aliud intelligimus, nisi quod superius dictum est 'imposuimus'. Sane quod postmodum personas aecclesiasticas a debita sacrosanctae Romanae aecclesiae visitatione, ut dicitur, revocari iussisti, si ita est, quam inconvenienter actum sit, tua, fili in Christo karissime, discretio, ut credimus, recognoscit. Nam si aput nos aliquid amaritudinis habebas, per nuncios et litteras tuas nobis fuerat intimandum, et nos honori tuo curavissemus, sicut filii karissimi, providere. Nunc igitur quoniam[a] ad commonitionem dilecti filii nostri Heinrici Baioariae et Saxoniae ducis duos de fratribus nostris, Heinricum tituli Sanctorum Nerei et Achillei presbiterum et Iacinctum Sanctae Mariae in Cosmidin diaconem cardinales, prudentes siquidem et honestos viros, ad tuam presentiam destinamus, celsitudinem tuam monentes et hortantes in Domino, quatinus eos honeste ac benigne recipias, et quod ab eis ex parte nostra tuae magnificentiae fuerit intimatum, a sinceritate cordis nostri noverit tua excellentia processisse, ac per hoc cum eisdem filiis nostris, mediante iam dicto filio nostro duce, ita celsitudo tua studeat convenire, ut inter te et matrem tuam sacrosanctam Romanam aecclesiam ammodo nullius discordiae seminarium debeat remanere.*)

---

a) so Recension A u. C; B lässt das Wort fort.

*) Ragewin berichtet c. 24 weiter: Lectis et benigna interpretatione expositis litteris, imperator mitigatus est, clementiorque factus, quasdam causas alio loco memorandas, quae seminarium discordiae prestarent, si non congrua emendatio interveniret, legatis per capitula distinxit. Quibus ad nutum principis et per omnia bene respondentibus, presulemque Romanum in nullo regiae dignitati derogare, sed honorem ac iusticiam imperii semper illibatam conservare pollicentibus, pacem et amiciciam tam summo pontifici quam omni clero Romano reddidit eamque signo pacis et osculo absentibus per presentes destinavit. Bei Friedrichs I. letztem Streit mit Hadrian IV. (s. nr. XXXVIII) werden als kaiserliche Beschwerdepunkte angeführt: der einseitige Friede mit dem Sizilier und den Römern, die Geld-Erpressungen der päpstlichen Gesandten in Deutschland, das Überhandnehmen der Appellationen auf Kosten der bischöflichen Gerichtsbarkeit. Da nun dieselben Beschwerden bereits in dem Schreiben b) u. d) erhoben wurden, so sind die „causae quaedam alio loco (d. i. z. J. 1159) memo-

XXXVI. Gesandtschaftsbericht Rainalds v. Dassel und Ottos v. Wittelsbach, 1158.*)

(Sudendorf, Registrum II, 131—133.)

Inclito triumphatori, domino suo Frederico, dei gratia Romanorum imperatori gloriosissimo, semper augusto, dominatori inuictissimo, Reinoldus cancellarius et Otto comes palatinus seruitium suum et debitae fidelitatis integritatem. Recedentibus a nobis cardinalibus, qui ad vos missi sunt, processimus vsque

randae" leicht erkenntlich. Im Mai 1158, also noch vor dem Eintreffen der päpstlichen Friedensgesandtschaft, hatten Rainald und Otto von Wittelsbach in ihrem Gesandtschaftsberichte (s. nächste Nummer!) dem Kaiser geschrieben: „nullius unquam consilio aut dilectione cardinales ... in plenam gratiam suscipiatis, sed accepta ab ipsis de literis et scriptura manifesta et sufficiente satisfactione caetera omnia capitula usque ad adventum vestrum in Italiam differatis." Hieraus und aus dem Wiederauftauchen derselben Gravamina im J. 1159 ist zu schliessen, dass es Friedrich der obigen päpstlichen Friedensgesandtschaft gegenüber nur darum zu thun war, die Punkte zu fixieren, von deren Regelung ein definitiver Friede bedingt sei, dass es zwischen ihm und den Gesandten zu keinen detaillierten Vertragsbestimmungen kam, dass er sich vielmehr mit einer allgemeinen Versicherung („presulem Romanum in nullo regiae dignitati derogare, sed honorem ac iusticiam imperii semper illibatam conservare") begnügte, in der Absicht, in Italien unter günstigeren Verhältnissen die Kurie zu einem Vertrage auf Grund der von ihm diktierten Bedingungen zu zwingen.

*) Sudendorf gibt diesen Bericht nach einem in der kgl. Bibliothek zu Hannover befindlichen, nur einen Bogen Papier in Folio umfassenden Manuskript aus dem 16. Jahrhundert, das ehedem Bestandteil eines Epistolarkodex aus dem Kloster Siegburg gewesen war (nr. 1). Von „archiepiscopo nos sequente" an benützt er ein beiliegendes Folioblatt von Leibnitz' Hand. Zugleich gibt er Varianten aus einem der zweiten Hälfte des vorigen Jahrhunderts angehörigen Manuskripte ebenderselben Bibliothek (nr. 2). — Vgl. den Bericht über dieselbe Gesandtschaft bei Ragewin III, c. 19—21 u. Ann. Col. Max. M. G. S. S. XVII, 767 (der letzteren Nachricht ist aus dem Gesandtschaftsbericht der Königsboten geschöpft), sowie Ficker, Rainald v. Dassel S. 22 bis 29; Heigel u. Riezler, Das Herzogtum Bayern z. Z. Heinrichs d. Löwen u. Ottos I. v. Wittelsbach S. 90 ff.; Prutz I, 150—153 u. Beilage 7; Giesebrecht V, 146—152. Nitzsch, Gesch. d. d. V. II, 252 f.; Kap-Herr a. a. O. S. 64—66; Ribbeck, Friedrich I. u. die Römische Kurie in d. J. 1157—1159 S. 33—36, 73 f. Im Anfange d. J. 1158 verliessen Rainald u. Otto Deutschland, um in Italien zum Kriege gegen Mailand vorzubereiten; in Modena trafen sie mit den päpstlichen Gesandten zusammen; damit hebt ihr Gesandtschaftsbericht an. Abgeschickt ist derselbe von Ankona aus u. zwar vor dem 11. Mai („dominica, qua cantatur iubilate"); für diesen Tag erwarteten sie eine Gesandtschaft des röm. Senats. Wenn Rainald in der am 14. Juni zu Augsburg ausgestellten berühmten Urkunde, durch welche der Streit zwischen Bischof Otto I. v. Freising u. Heinrich dem Löwen betreffs der Märkte von Föhring und München entschieden wurde (Stumpf nr. 3812), als Rekognoszent erscheint, so ist nach Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie, Beilage 7, zu bemerken, dass der rekognoszierende Kanzler am Orte u. Tage der Ausstellung der Urkunde nicht zugegen zu sein brauchte.

Bononiam*), peractisque ibidem nostris negotiis iter nostrum versus Rauennam direximus. Venientes itaque ad eandem ciuitatem dominus archiepiscopus, habens secum XIIII episcopos, quos ob reuerentiam gloriae vestrae conuocauerat, cum tanto honore et reuerentia nos suscepit, quod apparatus eiusdem susceptionis vestre personae sufficere videretur.**) Cumque legationem vestram eiusdem vrbis ciuibus vellemus presentare, Wylhelmus Trauersarius, eiusdem potestas siue prefectus, totaque eiusdem ciuitatis nobilitas et militia Anconam profecti sunt, pecuniam a Greco recepturi et iuramentum, quod ab eis expostulabatur, prestaturi. Iuratum est enim ab eis eidem Greco, qui Ancone moratur, quod ipsi personam eius et res contra omnem hominem tueri debeant ac manutenere. Nos vero in palatio domini archiepiscopi morantes et reditum ipsorum ex peticione archiepiscopi prestolantes, cum non redirent, pleni ira et indignatione a ciuitate recessimus, archiepiscopo in comitatu nostro existente. Egressi de ciuitate occurrerunt nobis Rauennates, ab Ancona reuertentes et aurum, quod acceperant, secum deferentes. Erant enim fere CCC et nos non amplius quam decem milites habebamus. Cumque eos intueremur, animo vehementer indignati sumus et in paucitate nostra ipsorum multitudinem, cancellario haec precipue agente, assaliuimus. Cepimus itaque predictum Trauersarium eiusque filium Petrum et alios VI de melioribus ciuitatis, alii vero de manibus nostris vix elapsi sunt.

Dum vero Ariminum appropinquaremus, premisimus nuntios nostros, vt nobis consules occurrerent et nos cum captiuis nostris susciperent. Quod et factum est honorifice. Sequenti die collectis vndique militibus pro eo, quod amici predicti Wylhelmi montana iam occupasse dicebantur, versus Anconiam iter nostrum direximus, archiepiscopo nos sequente et pro hominibus captiuis multas preces fundente. Videretis totam terram tremere. Tantus enim terror omnibus a minimo usque ad maximum invasit, quod etiam illi, qui in munitissimis civitatibus et castris erant, capti et ligati esse videbantur. Tota enim terra clamabat dicens: Ex quo Ravennates, qui domini terrae dicuntur, capti sunt, quis de caetero

---

*) Das Zusammentreffen der päpstlichen Legaten fand nach Ragewin in Modena statt. Er irrt aber, wenn er dasselbe auf den Rückweg von Bologna u. Ravenna verlegt.

**) Ragewin überliefert, dass die Königsboten in Kremona eine Versammlung abgehalten, zu der sich die Erzbischöfe von Mailand u. Ravenna mit 15 Suffraganen eingefunden. Prutz u. Giesebrecht sehen hierin u. in der im Gesandtschaftsbericht erwähnten Versammlung zu Ravenna zwei verschiedene Ereignisse: Ribbeck hingegen nimmt an, dass Ragewin den gleichnamigen Bischof von Kremona mit dem Erzbischof von Mailand verwechselt u. dass nur eine Zusammenkunft mit dem Erzbischof Anselm von Ravenna u. seinen Suffraganen stattgefunden habe und zwar in Ravenna.

poterit evadere de manibus tantorum ligatorum? Transivimus per omnes illas maritimas civitates, scilicet Pisaurum, Fermum, Senogellum, honorem nostrum[a] promouendo sicut et loci et temporis opportunitas expetebat. Anconitani vero, vocati ad nos, venire contemserunt, qua de causa expeditionem nostram contra eos indiximus. Collectis itaque tam militum quam peditum magnis copiis, castra metati sumus iuxta mare in eo loco, ubi et vos et palatinus balneastis, volentes civitatem assultu petere et quicquid est extra muros devastare. Cives vero, periculum sibi imminere cernentes, rogaverunt Grecum, filium videlicet Megal(i) domest(ici), ut nobis occurreret et iram nostram mitigaret. Qui, misso ad nos comite Alex(io), petiit, ut et civitati vellemus pro ipsius amore et obsequio parcere et ipsum alloqui et videre. Exivit ad nos cum omnibus soldariis suis satis prope castra nostra, et nos cum magno apparatu in tympanis et vexillis et equis phaleratis eum suscepimus, multa, quae de ipso nobis fuerint relata, ei obiicientes. De quibus ipse s a t i s c o m p e t e n t e r e t m a n i f e s t e se excusavit, asserens se et totam pecuniam domini sui ad beneplacitum nostrum[a] expositurum. Consulibus vero Anconensibus et populo offensam nostram distulimus petitione Greci, recepto tamen ab eis iuramento, quod vobis viva voce cum aliis multis, quae scribere longum foret, dicemus. His omnibus compositis ab expeditione et armis manum continuimus.†)

---

a) nr. 2: vestrum.

Et hominis iustitia meritorum veritate non plane, non pleno intellectu, aliqua erroris nube plerumque subvertitur. At iustitia Domini in aeternum iustitia est. Interim donec illuminet abscondita tenebrarum, invocandus est et rogandus, ut manifesto demonstret iudicio, quem ipse praeelegit accipere sortem ministerii huius. Sed[a] tamen nihil est, quod quaestioni faciat locum aut dubitare permittat vel Academicum fere ad omnia fluctuantem, quum novum par decertantium in omnium intuentium stuporem Domino permittente processerit, hinc tota stante ecclesia, inde solis tribus flagellis arundineis in se, dum scindere unitatem moliuntur, divinam provocantibus ultionem. Si personam personae conferas, alter litteratus est, modestus, humilis, iustitiae zelator, alter solam semper amplexus est vanitatem. Si causam causae, alter ingessit se tanquam fur et latro manu violenta, exquisitis dolis, sponso indignante in sponsae amplexus irruit; alter casto pudore substitit, antequam introduceretur a sponsa. Unde verendum, ne tam manifesti sceleris dilata damnatio suum schismati videatur praebere consensum.

Licet dominus Cantuariensis languore gravissimo, ut nosti, teneatur, huius tamen necessitate verbi convocatis episcopis et clero totius regni Londinum properat, ut fratrum convocato concilio, quid facto opus sit, domino regi eum consulenti significet. Timebamus, ne ex causa itineris amplius gravaretur; ideoque Acardum vestrum per aliquot dies detinui renitentem, ut de statu domini, ipso referente quae vi-

a) Giles: si.

derat, certiorari possis. Ex quo autem lecticam ascendit, aliquatenus videtur confortatus, licet adhuc nimium infestetur; aliquantulum interdum quievit vomica, et sponte naturali purgatio reparatur. Wintoniensis[a] et Dunelmensis[b], ut aiunt, si Octaviano palam auderent pro voto suffragari, libenter cederent in partem eius. E contra Eboracensis et thesaurarius noster fovent totis viribus Alexandrum; non tamen soli sunt, quoniam pars haec pluribus est et melioribus accepta, sed eam vehementius tuentur.

XLI. Gesandtschaftsbericht des kaiserlichen Notars u. Kaplans Burchard, Ende Dez. 1161.*)

(Sudendorf, Registrum II, 134—139.)

Domino et patri suo Nykolao venerabili abbati Sigebergensi, B(urchardus) Coloniensis porfirogenitus et primitivus filius, salutem et quicquid est mirabile in oculis nostris.

Quoniam devotionem desiderantissimi patris latere non debent labores filii exulantis, quaecunque in legatione domini imperatoris mihi a festo beati Michaelis usque ad nativitatem domini acciderunt, vobis breviter figurare dignum duxi. Itaque novo patriarcha Aquileiense ad curiam perducto, per dominum imperatorem regalibus investito, cum sponsionem ei fecisset, se domino pape Victore obediturum et ad ipsum se statim iturum, infirmitatem simulans, per Padum navigio descendens, neglecto papa, qui tum apud Regium morabatur, pertransiit. Ego autem cum eo missus et in regalia tam patriarchatus quam episcopatus Belunensis ipsum inducturus, una cum duce Karinthiae, qui presens aderat, fortiter ei resistebam. Sed nihil profecimus, quantumcunque de

a) Winchester; b) Durham.

*) Im Herbste 1161 erhielt der kaiserliche Notar u. Kaplan Burchard von Köln den Auftrag, an Eberhard v. Salzburg ein Schreiben zu überbringen, worin der säumige Erzbischof aufgefordert wurde, vierzehn Tage nach dem nächsten Osterfeste mit seiner Mannschaft in Verona sich einzufinden. Zugleich war Burchard beauftragt, den zum Nachfolger des Patriarchen Peregrin erwählten u. vom Kaiser bereits mit dem Patriarchate u. dem Bistum Belluno investierten Udalrich v. Treffen, einen Schüler Eberhards, in die Regalien einzuführen. Über diese Mission berichtet Burchard an den ihm befreundeten Abt des Benediktinerklosters Siegburg bei Köln. Zugleich gibt er eine kurze Mitteilung über eine Gesandtschaft des Dompropstes von Paderborn nach Ungarn u. eine interessante Schilderung der damaligen politischen Verhältnisse Europas. Sudendorf hat das Schreiben publiziert auf Grund derselben Überlieferung, wie den Gesandtschaftsbericht Rainalds v. Dassel u. Ottos v. Wittelsbach. Eingehend hat den Brief gewürdigt Giesebrecht V, 273—278. Vgl. auch Schmidt, Die Stellung der Erzbischöfe u. des Erzstifts v. Salzburg zu Kirche u. Reich unter Friedrich I. a. a. O. S. 31—35 u. Kap-Herr, Abendl. Politik Kaiser Manuels S. 72—74.

sponsione facta et de cogitacione domini imperatoris ei opponeremus. Nihilominus tamen ego cum eo processi, tum ne expeditionem, quam iuraverat, aliqua animadversione prepedirem, tum ut omnes eius contra papam machinationes interim penitus impedirem. Quarta ergo die a Cremona Venetiam nobis applicantibus, applicuit simul et rumor ille de patriarcha. Unde letata est Rollandina cardinalitas, quae ibi habitare consuevit.*) Econtra ego, mirantibus super hoc Venetis, seminavi rumores, quasi ingeniose et ad temptandam partem adversam imperator hoc ita fieri decreverit. Unde usque nunc infortunium nostrum huiusmodi figmentis apud Venetos palliatur.

Habita deinde inter patriarcham et cardinales de coadunanda ecclesia dei per internuntios et non per se ipsos exhortacione, per pelagus iter tenuimus versus Aquileiam, simulque nobiscum H(enricus) Karinthiae dux illustris. Mutatoque in itinere consilio ego et patriarcha per paludes versus Tarvisium [a] giravimus, dux vero ceptum iter peragens, cum omnes sui forti navigio veherentur, ipse in navicula, segregatus a suis omnibus, a quatuor nautis Venetias ferebatur. Cumque portum transfretare deberet, ubi flumen Taliamentum [b] in mare decurrebat, estuantibus undis ex collisione maris et fluctuum impetu, dux ille inclitus cum vita pariter et navi pelago est involutus.**) O fortunium [c] tam miserabile quam mirabile! Quem nuper missum in Greciam ***) foris tot extera maria servaverant, domi patriae flumen absorbuit; qui a vitae cunabulis nunquam a suis solus est inventus, in mortis navicula omnium suorum unicus morti est deputatus. Nec latere vos debet, quod tanta diebus illis fluminum excreverat inundatio, quanta nulla hominum memoria reperitur. Unde nisi Sigebergensis profuisset oratio, ego filius . . . . . . (Lücke!)

firmavi telamque ei texui, quam nisi per multam domini imperatoris et domini papae gratiam solvere non poterit. Unde coactus litteras obedientiae nuper scripsit ad papam. Quod etsi sit carum, tamen [d], quiafefellit et tardavit, pene fit ingratum. Dux autem novem diebus sub aqua volutatus, decima a Venetis repertus et in civitate, quae Caberloge [e] dicitur, sepultus est, sed per me et E(ngelbertum) comitem Aquileiae tam prece quam

a) Treviso; b) Tagliamento; c) nr. 2: infortunium; d) nr. 1: tum, nr. 2: tamen statt carum, tum; e) Caorle.

*) Alexander schreibt am 25. November 1178 (Cod. dipl. Croat. et Dalm. II, 107 f.): Venetia in unitate ecclesiae laudabiliter stetit et fuit c i v i t a s r e f u g i i episcopis et aliis ecclesiae praelatis, qui de Lombardia, Tuscia et Marchia a sedibus propriis instante schismate illuc divertere voluerunt. **) Vgl. Chronicon breve epp. August. et abb. S. Afrae, M. G. SS. XIII, 278! ***) Über die Gesandtschaft Herzog Heinrichs nach Griechenland vgl. Ragewin, Gesta Frid. IV, c. 84.

pretio redemptus et per Aquileiam ad monasterium rosarium, quod in montanis situm est, delatus et in sepulchro patris sui reconditus est, planxitque eum universa terra et imperii curia tota. Deinde presentatis litteris et precepto patriarche, expeditionem universaliter a suis iurari feci; acceptaque licentia alio convertebar.

Pertransiens Karinthiam, Carniolam,[a] Istriam, duas marchias, alias partes Sclaveniae usque in Ungariam, predicans mandatum expeditionis, militiam simulque pecuniae presidium domino imperatori collegi. Inimicis etiam imperii, pseudocardinalibus, per marchias Ungariae frequenter transeuntibus, insidias et captionem ordinavi sicque ad archiepiscopum Salzburgensem proprias litteras*) expeditionis ipsi presentavi. Qui cum sit religiosus antistes et delirus senex, partim bene, partim male respondit. Nam et ipse Rollandinus est. Unde cum ipse et patriarcha apud Villacum colloquium essent habituri, ego, diffidens utrique, ibidem adfui, impediens illos, summam concilii pro posse ad honorem imperatoris retorquens. Nec mora, delatis interim litteris a curia, fratrem[b] defuncti ducis in sedem Karinthani ducatus intronizavi presente patriarcha, Salzburgense aliisque plurimis principibus; ibidemque litteras exhibui generales, vassallis et ministerialibus archiepiscopi directas, in quibus admonere iubebantur archiepiscopum, ut redderet Cesari, quae sunt Cesaris.**) Contra quas ille archiepiscopus statim frenetizare cepit stansque super lapidem, signo crucis signatus, spiritum sanctum ex se locuturum palam profitebatur, et erat verbum de papa. Cumque ultra quam mirabilia vociferasset, de dictis eius spiritus sanctus nihil honoris obtinuit, eo quod prorsus sine eo loquebatur, quem ex se locuturum profitebatur. Nam per dei gratiam ad singula tam rationabile reddidi responsum, quod

a) Krain; b) Hermann.

*) Das Schreiben ist erhalten M. G. legg. II, 130; Stumpf nr. 3920. Pertz setzt es fälschlich ins Jahr 1160, Stumpf nach dem 8. Sept. 1161. Es wird wohl unmittelbar vor der Abreise Burchards verfasst sein, also Ende September 1161. Friedrich fordert darin den Erzbischof auf, 15 Tage nach dem nächsten Osterfeste sich in Verona mit seiner Mannschaft zu stellen. „Teque ita facturum nunc statim in manum praesentium latoris, capellani et nuncii nostri Burem (Burchardi!) Coloniensis, fideli et firma promissione certificare non differas. Quod si . . . omnino venire nolueris, indubitanter scire te volumus, quod nos . . . cum consilio principum et religiosorum ita de Salzburgensi ecclesia ordinabimus, ut et honor Dei et religio non imminuatur et debitum servitium imperio de caetero rationabiliter exsolvatur.“ **) Ein Schreiben an den Suffraganbischof v. Gurk ist erhalten (M. G. legg. II, 130 f.; Stumpf nr. 3921), worin Klage geführt wird über die Versäumnis des Reichsheerdienstes seitens des Erzbischofs, „cum ab ipsa veritate omnis homo, . . . quae sunt Caesaris, caesari reddere iubeatur.“ Der Bischof wird ermahnt, den Erzbischof ernstlich an seine Pflicht zu erinnern u. zugleich den Kaplan Burchard, den Überbringer des Schreibens, bei der Ausführung seiner Aufträge zu unterstützen u. ihm namentlich das Geleite zu geben.

verbum iusticiae imperatoris omnino prevaluit adeo, ut omnes habitatores terrae illius per predicationem illius a me perversi, aut nunc ad nos quidam conversi sint aut etiam quidam stent dubii, omnes autem de precipitacione archiepiscopi ad Rollandum indignentur pariter et doleant. Dixit autem ille, se libenter servire imperio, sed in expeditionem ire non posse ideoque pecunia se velle redimere. Missisque super hoc nuntiis, venimus ad curiam, ubi ab imperatore aliquantulum prescio per fidelitatem iussus sum dicere, quicquid dixisset ille archiepiscopus, dixique omnia presentibus et non contradicentibus tam nuntiis iisdem quam curiae principibus, motusque est imperator ad indignationem. Cum nuntii pecuniae redemptionem offerrent, per consilium remandavit imperator, non esse consuetudinis suae pecuniam cuiusquam accipere et post contra illum iram in corde retinere; adiecit, offensum esse imperium, sed, si vellet ille, veniret et satisfaceret; tunc, si pateretur imperii honor, et ipse imperator servitium illius reciperet.*)

De cetero Sigefridus prepositus Patherburnensis in Ungariam delegatus, ut breviter dicam, non bene susceptus est, non bene dimissus est. Nam cum legationem haberet de negotio ecclesiae et de filia illius regis filio lantgravii in matrimonio copulanda et de sagittariorum auxilio domino imperatori meo transmittendo, nec perfecit nec perficere voluit, quia statim nequitiam illius persensit. Nunc autem cum incolumitate per gratiam dei reversus ad curiam cum omnia enarrasset, breviter et pulchre respondit imperator: ‚Grates, inquit, ago deo, quod honesta occasione amicum perdo vilissimum.‘ Hoc ait, significans regulum istum.**)

Notum sit preterea universaliter, quoniam timore

---

*) Das Antwortschreiben Friedrichs an den Erzbischof ist ebenfalls erhalten (M. G. legg. II, 131, Stumpf nr. 3924); darin erklärt der Kaiser: „Sane cum legationis tuae nuntius ad nos venisset et servitium pecuniae tuae pro redemptione expeditionis nobis obtulisset, nos communicato cum principibus nostris consilio pecuniam tuam cum honore non potuimus accipere, quia nostrae consuetudinis non est alicuius pecuniam accipere et odium in mente contra eum retinere. Cum autem, sicut decet imperialem excellentiam, nobis personam tuam exhibueris, tunc nos magis de tuo adventu gaudere poterimus et de instanti necessitate imperii et ecclesiae tecum et caeteris imperii principibus tuo consilio salubrius tractare poterimus et ordinare.“

**) König Geisa von Ungarn, der sich anfangs für Viktor entschieden (siehe die Unterschriften der Epistola Concilii), später aber nach dem Vorgange Frankreichs sich für Alexander erklärt hatte, war im Mai 1161 gestorben. Ihm folgte Ladislaw, der anfangs die Verbindungen Ungarns mit Deutschland wieder aufzunehmen schien. Die Tochter Ladislaws, um welche für den Sohn des Landgrafen von Thüringen geworben werden sollte, ist nach Giesebrecht wahrscheinlich jene Maria, welche der Nachfolger Ladislaws, Stephan III., an Nikolaus, den Sohn des Dogen Michael Vitale von Venedig, im J. 1167 vermählte.

invictissimi imperatoris Frederici omnes caeteri terrarum reges contremiscunt et, qui semper inimicitiis inter se bachari consueverant, nunc mutua pace et fide firmata conveniunt in unum adversus dominum suum Romanum imperatorem, animis non preliis, fraudibus non viribus;[a] et sciatis, quod in hoc anno quinque regum nuntii propter huiusmodi foedus faciendum in uno loco convenerant. Grecus cum Ungaro treugam fecit per quinquennium. Scripsit etiam regibus Turkiae, Babiloniae, Persidis et Comanie,[b] nuntians illis, quod Romanus imperator terram suam et illorum occupare intendat, si de Mediolano finem faciat. Idem timent reges Hispanus, Barcilonensis, Francigena, Daciae. Sic enim scripserunt Rollandus et pseudocardinales illius per totum orbem, excitantes odium imperatori. Unde et omnes reguli timore et odio magis imperatoris quam intuitu iusticiae illum in papam suscipere presumunt. Nec pretereundum, quod miser ille Rollandus, quasi in agone laborans et undique etiam ridicula querens auxilia, scripsit Constantinopolitano, promittens ei vanitates vanitatum, quas ipse non attendit. Ungaro etiam privilegium contulit, ut ipse pallia archiepiscopis Ungarie concedat et det, quotiens eliguntur, et episcopi et clerici illi nisi pro sua voluntate et per se cum Romanis agere non habeant.*)

a) nr. 2: iuribus; b) nr. 2: Konranie; nach Giesebrecht Kairo.

*) Über die nationale Reaktion, welche das wiedererstandene Kaisertum hervorrief, vgl. den Brief Johanns v. Salisbury an Randulf v. Serris! Kap-Herr a. a. O. S. 72 f. u. Exkurs IV. hat es recht glaubhaft gemacht, dass im J. 1161 eine Koalition der europäischen Mächte gegen Friedrich bestanden hat, nämlich zwischen Frankreich, England, Ungarn, Byzanz, Venedig, Sizilien. Er hat namentlich, wie mir scheint, mit ziemlicher Sicherheit nachgewiesen, dass die offizielle Anerkennung Alexanders III. durch Manuel nicht erst, wie Giesebrecht V, 258 annimmt, im Jahre 1162, sondern bereits im Jahre 1161 erfolgt ist u. zwar nach der ausdrücklichen Aussage Manuels auf Veranlassung des französischen Königs. Die Annahme Kap-Herrs wird durch den Gesandtschaftsbericht Burchards bestätigt. — Dass man damals in Byzanz einen Angriff Friedrichs fürchtete, wird auch durch Kinnamos V, c. 1 u. 9 u. Niketas VII, c. 1 bezeugt. Was die „vanitates vanitatum“ anbelangt, die der Papst dem byzantinischen Kaiser verspricht, so meint Burchard wohl das Anerbieten der römischen Kaiserkrone. Manuel hatte schon mit Hadrian IV. über eine Vereinigung der abendländischen mit der morgenländischen Kirche verhandelt. Mit Alexander III. wurden diese Verhandlungen fortgesetzt. Manuel wollte in der That auf diesem Wege den Papst bewegen, ihm die römische Kaiserkrone zu verleihen; in den Jahren 1166 u. 1167 ist er damit offen herausgerückt. Der Papst ist nicht darauf eingegangen. Noch weniger ist anzunehmen, dass er dem byzantinischen Kaiser derartige Anerbietungen gemacht hätte. Allerdings werden in einem Briefe Wilhelms von Pavia an Manuel (Bouquet XVI, 55) die Byzantiner als die rechtmässigen römischen Kaiser, die deutschen Barbaren als Usurpatoren betrachtet. Vgl. Reuter, a. a. O. II, 247; Giesebrecht V, 496 f., 641; Kap-Herr a. a. O. S. 85—92.

Sunt autem haec solatia nostra in domino: Mediolanum totis iam viribus exhaustum quasi expiravit.*) Victo autem Mediolano per dei gratiam vicimus omnia, statimque Romae indicetur concilium, quo si non venerint adversarii nostri, papa in sede firmato, propositum obtinebimus. Si autem venerint, etiamsi pro libertate sui iudicii obtinenda fortitudinem imperatoris abesse velint, populus tamen et clerus Romanus pontificem suum, papam Victorem, nolint auferri, imo conspiratores cardinales illos et Rolandum rationabiliter probare poterunt damnatos debere proscriptos haberi; facilis erat via, ut ad honorem imperii componantur universa. Interim autem velatum sit verbum istud. Amplius rex Angliae cum domino imperatore intimi foederis firmabitur unione, ut illius cum domino nostro una sit voluntas de omni re. Nuntii illius sunt apud nos. Magnos etiam de suis ad illum in proximo mittet imperator. Predictus patriarcha ad dominum papam Victorem reversus est et fortius revertetur. Salzburgensis, si volet imperator, deponi et expelli poterit. Sic in omnibus deus erit nobiscum, quod ipse prestare dignetur.

Denuo rogo vos, ut, sicut dominus archiepiscopus voce et literis vobis et comiti Sig. commisit, ita mihi a C. sacerdote et a villico de Elvervelde ablatas decimas integerrime restitui faciatis. Sacerdotem reum expulsum restituatis! Vos autem valete in aeternum! Literas domini imperatoris de prebenda Bunnensi servate!

XLII. Reichstag zu Würzburg, Pfingsten 1165.**)

[Gesta archiepiscoporum Salisburg. (M. G. SS. XI, 46): Curia Wirzpurch ab imperatore et cunctis pene regni principibus est celebrata, ubi Widoni scismatico tam episcopi quam abbates Germaniae iuraverunt, paucissimis se ab hac contagione subtrahentibus.

Annales Ratisponenses (M. G. SS. XVII, 588): Anno domini 1165 F. imperator, qui partes Octaviani, id est Victoris, et Paschalis, id est Gwidonis, defendebat, sicut erat non solum ad arma promptus, sed et ingenio acutus, Herbipolis curiam celebravit, episcoporum multitudinem nihil sinistri suspicantem in partes sui apostolici iuramento se obligare conpulit, Counradum Salzburgensem archiepiscopum, patruum suum, solum de tanta multitudine contradicentem sibi, hostem regni pronunciavit. Nam Counradum Mogontinum episcopum non sibi consentientem iam ante episcopatu expulerat.

*) Am 1. März 1162 ergab sich Mailand.

**) Im Juni 1161 waren auf einer von Viktor IV. u. Friedrich I. nach Lodi einberufenen Synode die Beschlüsse der Paveser Versammlung erneuert worden. Allein bereits vorher, wahrscheinlich Mitte März 1161, hatten Frankreich u. England auf der Synode von Toulouse sich offen für Alexander III. erklärt. Zwar gelang es dem Kanzler Rainald, Ludwig in seiner Obödienz gegen Alexander III. wankend zu machen u. eine Zusammenkunft des Kaisers u. des Königs von Frankreich mit den beiderseitigen Bischöfen bei St. Jean

Annales Reicherspergenses (M. G. SS. XVI, 471 f.): Domnus imperator curiam celebravit in civitate Wirzburgensi vel Herbipolensi in mense Maio, in diebus pentecostes, quod evenerat tunc in 10. Kal. Junii, ubi episcopi et electi numero fere 40 de regno Teutonico iuraverunt obedientiam Paschali et eius successoribus, ipso imperatore primum et ante omnes id ipsum iurante super evangelia et reliquias, postea episcopis et inde omnibus regni principibus, qui aderant. Postea autem multi principes et episcopi, qui ibi non aderant, iuraverunt. Tenor autem iuramenti

---

de Losne zur Beseitigung des Schismas zu vereinbaren; allein Alexander III., der inzwischen nach Frankreich übergesiedelt war, bewog Ludwig, von der Zusammenkunft mit dem Kaiser abzustehen. Friedrich erreichte damals nur, dass auf einer Synode bei St. Jean de Losne von deutschen, italienischen u. burgundischen Bischöfen die Beschlüsse von Pavia u. Lodi bestätigt wurden. Viktor IV. starb am 20. April 1164 zu Lukka; ohne Wissen des Kaisers veranlasste Rainald sofort eine Neuwahl; sie traf Kardinal Guido v. Krema, der sich Paschalis III. nannte. Friedrich erkannte die Wahl an. Inzwischen war in England wegen der Konstitutionen v. Clarendon ein Kirchenstreit ausgebrochen. Thomas Becket, der frühere Kanzler u. jetzige Nachfolger Erzbischof Theobalds v. Kanterbury, musste flüchten; da derselbe bei Alexander III. u. dem Könige v. Frankreich Aufnahme fand, näherte sich jetzt König Heinrich II. wieder dem Kaiser u. dessen Papste. Rainald ging abermals als Gesandter an den Hof des Königs, der damals in Rouen weilte. Dort wurde die Verlobung zweier Töchter Heinrichs mit Herzog dem Löwen und dem Erstgeborenen des Kaisers vereinbart. Zugleich versprach der König, Paschalis als den rechtmässigen Papst anzuerkennen, u. gab Johann v. Oxford u. Richard v. Ilcester als Gesandte mit, um in seinem Namen auf dem nächsten deutschen Reichstage seine Versprechungen zu beschwören. Friedrich hatte nämlich auf Pfingsten einen Reichstag nach Würzburg berufen, um die kirchliche Angelegenheit zur Entscheidung zu bringen. — Von den Scriptores handeln über diesen Reichstag: Appendix ad Ragewinum M. G. SS. XX, 491; Annal. Col. Max. XVII, 779; Gesta archiepp. Salisb. XI, 46; Annal. Ratispon. XVII, 588; Annal. Reichersp. XVI, 471; Sigeberti Cont. Aquicinct. VI, 410. Die hier gegebenen Nachrichten sind jedoch sehr dürftig, zum Teil wertlos. Hauptquellen sind die kaiserlichen Encykliken, deren erhaltene Fassungen an den Klerus von Passau, an den Grafen Heinrich v. Troyes, an alle geistlichen und weltlichen Grossen (M. G. legg. II, 135—138), an den Abt v. Stablo, endlich an alle Völker des Reiches (Mansi XXI, 1221 und 1213) gerichtet sind; sie stimmen im Wesentlichen überein. Ich habe das Sendschreiben vom 2. Juni ausgewählt, das an alle geistlichen und weltlichen Grossen, sowie an alle Getreuen gerichtet ist (M. G. legg. II, 137—38). Pertz gibt dasselbe nach den Origines Guelficae. Die zweite Hauptquelle ist der Brief eines Ungenannten an Papst Alexander III.; derselbe findet sich in dem vatikanischen Kodex der Briefe des Thomas v. Kanterbury u. ist darnach v. Giles, Epp. Thomae Cantuar. II, 264 abgedruckt worden; ich habe dessen Edition meiner Ausgabe zu Grunde gelegt. Vgl. Ficker, Rainald v Dassel S. 78—88 u. Zusatz 6; Reuter a. a. O. II, 197—209, 584—586; Fechner, Erzbischof Wichmann v. Magdeburg, Forsch. z. d. G. V, 447—450; Varrentrapp, Erzbischof Christian I v. Mainz S. 17 f.; Prutz a. a. O. I, 378—388, 425—427; Wagner, Eberhard II. v. Bamberg, S. 72—76; Will, Konrad von Wittelsbach, Kardinal, Erzbischof v. Mainz und v. Salzburg, S. 16—18; Nitzsch a. a. O. II, 278—280; Hefele-Knöpfler a. a. O. V, 646—654; Giesebrecht a. a. O. V, 463—473; Wessova, Polit. Beziehungen zwischen England u. Deutschland bis zum Untergang der Staufer (Berl. Diss. 1888).

hic erat, ut videlicet decedente Paschali nullum in papam reciperent, nisi unum de ipsius fautoribus, et ut obeunte imperatore nullus in regem aut imperatorem levaretur, nisi qui illam partem defenderet et manuteneret contra Romanam ecclesiam, et ut episcopi, qui iurarent, idem iuramentum ab omnibus suis subditis et prelatis exigerent, et quicunque non iuraret, omni ecclesiastico honore et beneficio et potestate, postremo etiam omnibus bonis suis privaretur. Ibi etiam quidam electi consecrati sunt in episcopos a suis coniuratoribus episcopis, et alii in presbiteros et ad alios ordines ordinati. Electus Mogontiensis domnus Chuonradus, frater Ottonis palatini comitis, qui ante obedientiam fecerat per se Alexandro papae dum iret ad limina Sancti Jacobi, solus nocte de curia fugiens venit in Franciam ad Alexandrum et ibi exulabat.

Appendix ad Ragewinum: Anno ab incarnatione Domini 1166 (sic!) apud Wirzeburch in pentecosten curia celebratur, ubi coniuratio fit ab imperatore et principibus qui aderant tam secularis quam aecclesiastici ordinis, quod Paschalis semper papa habeatur, et eo mortuo nullus nisi de sua parte eligatur; similiter post mortem imperatoris nemo sibi substituatur, nisi iuraverit se eandem partem defensurum. Solus Albertus Frisingensis tunc iurare noluit. Nam Conradus Mogontinus iam ut hostis preiudicatus fuerat. Eodem anno Albertus Frisingensis, diu renitens, coactus iuravit obedire Paschali pro conscientia, quamdiu imperium partem eius foveret et quamdiu regalia habere vellet.

Annales Col. max. (M. G. SS. XVII, 779): Imperator celeberrimam curiam Wirziburg in pentecosten habuit, ubi tam ipse imperator quam omnes principes iuraverunt, quod domnum apostolicum Paschalem nunquam desererent nec ad partem Ruolandi aliquando transirent.]

a) Kaiserliches Manifest, 2. Juni 1165.

(Mon. Germ. legg. II, 137—138.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, ducibus, marchionibus, comitibus et omnibus fidelibus suis, salutem et omne bonum. Cunctis notum est populis, qualiter exorta quondam inter ecclesiae Romanae cardinales de apostolicatu discordia in reges ac regna impetu pestifero est diffusa. Pro qua ad optabile pacis bonum revocanda quantos post beatae memoriae papae Victoris electionem ac confirmationem catholicam Papiae, Laudae, Mediolani, Laonae atque in diversis imperii finibus in corpore nostro labores tam nos quam incliti principes nostri pertulerimus, quantas rerum copias zelo iustitiae impenderimus, in extremis quoque mundi partibus iam auditum non dubitamus. Denique beatissimo papa Victore ad paradisi gaudia assumpto et in eius locum ab episcopis ac cardinalibus almae sedis apostolicae domino Pascali, viro christianissimo, in praesentia episcoporum et religiosorum Longobardiae ac Tusciae, illustris quoque praefecti urbis Romae ac multorum nobilium Romanorum catholice substituto, ipsum etiam dominum Pascalem ex ecclesiae ac principum imperii iudicio atque consilio in papam et patrem catholicum sollempniter re-

cepimus debitoque honore semper venerari intendimus. Proinde obstinata scismaticorum perfidia, mortem viri iusti suis successibus aperta fronte anhelans, sireneis suis blandiciis fidelium quorundam animos adeo molita est de novo immutare, ut, nisi morbis novis nova remedia maturius obiicerentur, pars quorundam nostrorum non immodica videretur ex fiducia nostrae lenitatis seducenda. Igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accensi, cum regem Francorum, qui, nulla nostra culpa praeeunte, una cum Rolando, imperii nostri hoste publico, eiusque sequacibus imperialem nostrum honorem manifeste molitur auferre, post multos nostros ammonitus irrevocabilem persensissemus [a)], universis nostri imperii principibus in sancto pentecoste curiam generalem Wirzeburch indiximus.

Quorum coetu celeberrimo ibidem solempniter celebrato, ecclesiae Dei statum ac domini papae Pascalis negotium serio ac magnifice duximus roborandum. Invocata igitur devotissime Spiritus sancti gratia et universorum, qui aderant, consilio altius communicato, ad removendam omnem prorsus ambiguitatem ipsi nos manu propria super sanctorum reliquias iuramentum publice praestitimus, quod Rolandum scismaticum vel eum, quem pars ipsius elegerit, in papam nunquam recipiemus nec ad eum recipiendum alicui unquam assensum praebebimus; nulli etiam fautorum eius gratiam nostram unquam reddemus, nisi ab errore viae suae ad unitatem ecclesiae fuerit conversus; dominum Pascalem papam manutenebimus semper atque promovebimus eique tanquam patri catholico et universali pastori obedientiam, honorem atque reverentiam exhibebimus et ab ipso eiusque parte, vita comite, nunquam recedemus. Electos quoque, qui sub eo aut eius successore, quem pars ipsius elegerit, consecrationem receperunt vel adhuc receperint [b)], honore aut ordinibus suis pro eius obedientia nunquam privari permittemus. Et huius absolutionem sacramenti nunquam requiremus nec oblatam recipiemus. Praeterea nostri imperii successor, quem principes universi elegerint, hunc honorem Dei ecclesiae atque imperii et hanc partem nostram sub eodem iuramento tuebitur semper atque tenebit. Idem quoque iuramentum archiepiscopi omnes, episcopi atque electi, qui fuerunt numero 40, super sancta Dei euangelia manu propria, unusquisque sub stola sua, praestiterunt et publice firmaverunt. Nichilominus universi principes seculares, dux scilicet Saxoniae ac Bavariae, marchio Adelbertus senior, Conradus palatinus comes Rheni et

a) So das Schreiben an Heinrich v. Troyes; Pertz: persensimus.

b) Pertz: quem pars ipsius electione et consecratione receperunt vel adhuc receperint. Ich folge hier dem Wortlaute des an den Grafen Heinrich v. Troyes adressierten Schreibens.

Lodoycus lantgravius ac reliqui omnes*), super reliquias sanctorum id ipsum iuraverunt. Repente autem Spiritus sanctus mentes omnium adeo fecit unius voluntatis, quod electi**), qui praesentes aderant, primo Raynaldus Coloniensis electus et Ytaliae archicancellarius, deinde cuncti, omnes in sabbatho quatuor temporum ad laudem Dei et honorem imperii sacros ordines devotissime susceperunt. Firmiter quoque a nobis et ab universis decretum est, ut, quicunque supersunt ordinandi, in proximis quatuor temporibus similiter exsequantur; alioquin dignitatis honore, omni remota dilatione, priventur. Ad hoc honorabiles legati illustris amici nostri H(einrici) gloriosi Anglorum regis, ad nos ab ipso transmissi, in totius nostrae curiae praesentia super sanctorum reliquias ex parte regis Angliae nobis iuraverunt publice, quod rex ipse cum toto suo regno in parte nostra fideliter stabit, dominum papam Pascalem, quem nos tenemus, nobiscum tenebit, de Rolando autem manutenendo se de cetero non intromittet.

Nos***) vero, in tua dilectione et fidelitate plurimam fiduciam habentes, mandamus, attentius monentes et postulantes, quatenus, convocatis in unum omnibus ecclesiae fidelibus, clero videlicet, beneficiatis et ministerialibus, abbatibus et praepositis, praelatis et presbiteris parochianis, hoc idem praedictum iuramentum, ut ipsi principes iuraverunt et confirmaverunt, ipse coram omnibus publice facias; tuos quoque archidiaconos et praepositos et ecclesiarum praelatos et abbates et omnes villarum presbyteros de toto episcopatu tuo****) hoc ipsum iuramentum distincte iurare facias et in publica eorum missa, sicut edictum est et sancitum a nobis et a principibus, publicam orationem pro domino papa Pascali nominatim et assidue facias recitari. Edictum quoque et statutum est, ut haec omnia iura-

---

*) Mit dem reliqui omnes sind ohne Zweifel Grafen und Herren gemeint (vgl. b, Anm.); Friedrich hat dann keineswegs, wie Ficker meint, mit einer Präteritio die Zahl der anwesenden weltlichen Fürsten zu übertreiben gesucht.

**) Statt der Worte Repente . . . quod gibt das an den Klerus von Passau gerichtete Schreiben folgende Begründung: Et ad removendam pro parte nostra omnem ambiguitatem.

***) Die hier beginnende Dispositio enthält das Schreiben an den Grafen Heinrich v. Troyes weniger ausführlich, schickt ihr aber folgende Worte voraus: Quia vero iustitiae, quam hostes ecclesiae ac nostri, sive superbia sive ex causae suae diffidentia, devitaverunt, nos semper hactenus stare parati, nunc tandem ad insolita sacramenta ex eorum manifesta obstinatione sumus impulsi, a schismaticorum communione omnis homo, omnis ordo caveat. Favor enim illorum, etsi hactenus (fehlt bei Pertz!) aliquo modo visus est venialis, in posterum prorsus erit irremissibilis. Ad perfectum vero huius negotii firmamentum . . .

****) Wie hieraus hervorgeht, ist das Schreiben zunächst für einen Bischof bestimmt.

menta infra sex ebdomadas ab omnibus compleantur. Quod si aliquis clericorum vel laycorum huic confirmationi et edicto nostro aliquo modo se opponendo contradixerit, ex totius Herbipolensis concilii decreto firmissime praecipimus, ut, si quis ad mandatum sui antistitis aut provinciae praesidis vel domini sui sacramentum non praestiterit, si clericus sit vel monachus, ecclesiastico privetur honore; si laycus, allodia et beneficia, quaecunque possidet, nostra ipsi auctoritate a suo iudice vel domino prorsus adimantur, et toto imperio nostro eiiciatur.

Actum est hoc anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1165 apud Wirzeburg 6. Nonas Iunii.[a]

b) Epistola amici cuiusdam ad Alexandrum papam.

(Giles, Epp. Thomae Cantuariensis II, nr. 379, pag. 264—268.)

Alexandro papae quidam amicus suus. Imperator quum principes suos ad curiam, quam eis in festo pentecostes indixerat, adunasset, et principes ipsi sabbato ante festum (22. Mai) atque subsequenti secunda feria de pace inter vos et eum reformanda tractare coepissent:*) Reginaldus dictus Coloniensis

a) Pertz hat mit Unrecht Junii in Julii verändert.

*) Vgl. dazu Joann. Saresber. Epp. ed. Giles I, 331, nr. 189: Defecerat schisma, pacem fuerat tyrannus vester ecclesiae redditurus, nisi eum Coloniensis adhuc adversus ecclesiam incitaret. Dass jedoch damals Kaiser Friedrich keineswegs zu einer Aussöhnung mit Alexander III. geneigt, sondern vielmehr entschlossen gewesen, die alexandrinische Partei zu vernichten, und in diesem Sinne sowohl den Reichstag berufen, als auch Rainald an die Höfe v. England u. Frankreich geschickt, darin ist Giesebrecht ohne Zweifel beizupflichten. Freilich ist es nicht minder glaubwürdig, dass namentlich in der ersten Sitzung des Reichstages, bei welcher Rainald noch nicht anwesend war, Versuche in der Richtung nach einer Aussöhnung des Kaisers mit Alexander von seiten einzelner Bischöfe, insbesondere von den Erzbischöfen Konrad v. Mainz (über dessen Anwesenheit s. unten!) u. Wichmann v. Magdeburg, sowie dem Bischof Eberhard II. v. Bamberg, gemacht worden sind. Seit dem Tode Viktors IV. und der Erhebung Paschals III. hatte eben die Stimmung für Alexander III. in Deutschland Zuwachs erhalten. Vgl. das Schreiben des Kardinals Otto an Erzbischof Thomas v. Canterbury (Bouquet XVI, 238): Electus Moguntinus, qui nuper recessit a domino papa et curia, nuncium Guidonis ad se venientem de terra sua eiecit et comminatus est ei, quod, si ipse vel alius nuncius ex parte schismaticorum ad se ulterius perveniret, ei oculos erui faceret. Nomen domini manifeste praedicat. Hoc novit imperator et multum dolet. Et quasi certum habetur in terra, quod praedictus Moguntinus ad pedes domini papae accesserit. Eidem Moguntino concordant per omnia Treverensis et Salisburgensis et fere reliqui principes omnes, sicut dicunt, tam saeculares quam ecclesiastici, excepto imperatore et Coloniensi et duce Saxoniae. Magdeburgensis nuper rediit de Hierosolyma et captus a Saracenis vovit, quodsi liberaretur, domino papae manifeste adhaereret. Et ita manifeste facit. (Vgl. dazu Fechner a. a. O. S. 444 f., — über Eberhard II. v. Bamberg s. Wagner a. a. O. S. 70 ff.) Sagt ja Friedrich selber:

advenit, publice asserens et proponens, quod nihil contra vos ad honorem sui labor et studium imperatoris proficerent, nisi [a] eius tunc penitus assentiret consiliis. Dicebat enim, quod potior pars imperii vobiscum erat, commemorans scilicet Salzeburgensem, Moguntinum et alios, qui de Alemannia vestrae obtemperant [b] sanctitati. Verumtamen ad magnificandum se ipsum: ‚Plures, inquit, quam nos sumus, ad obedientiam apostolici nostri conquisivi, quos ei rex Anglorum, numero quinquaginta et plures, iuxta domini imperatoris beneplacitum exhibebit.' *) Quum igitur ei talia promittenti et ad certitudinem huius rei duos nuncios praedicti regis praesentialiter exhibenti de prosequendo eius consilio suum imperator polliceretur assensum, in audientia cunctorum principum huiusmodi consilium imperatori formavit:

Quod ipse, videlicet imperator, in conspectu totius curiae propria manu iuraret, quod nullo umquam totius vitae suae tempore vos vel aliquem, qui ex parte vestra sit, in pontificem Romanum reciperet, sed devotioni papae sui Paschalis inconcusse semper et inseparabiliter adhaereret; si vero mori illium ante contingeret, hoc ipsum iuramentum sui successores observarent. Principes vero suos id ipsum iurare compelleret, adiecto in eorundem principum iuramento, quod, si prius imperator obiret, principes ipsi nullum antea coronarent in regem, quam is, qui coronandus esset, de tenendo et fovendo eodem schismatico et eius successoribus idem faceret iuramentum. Et quod principes infra sex hebdomadas, postquam de curia ad propria loca redissent, omnes abbates, praepositos et alios ecclesiarum praelatos, milites quoque et alios omnes, qui in locis eorum aliquos honores obti-

---

Scismaticorum perfidia . . . fidelium quorundam animos adeo molita est de novo immutare, ut, nisi morbis novis nova remedia maturius obiicerentur, pars quorundam nostrorum non immodica videretur ex fiducia nostrae lenitatis seducenda.

a) Giles: nec; b) Giles: obtemperarit.

*) Die Zahl 50 für die englischen Bischöfe dürfte eine Übertreibung sein. Dass die Zahl aber auf dem Reichstage wirklich genannt worden ist, geht noch aus einem andern zeitgenössischen Briefe hervor; darin heisst es, der englische König habe keine 50 Bischöfe, die er zur Verfügung stellen könne (Bouquet XVI, 238). — Alexander III. schreibt am 16. Mai 1166 an den Erzbischof von Rouen (Migne, Patrol. Curs. T. CC, 417): Quanta mala et quot incommoda per charissimum in Christo filium nostrum Henricum, illustrem Anglorum regem, Romanae ecclesiae et nobis acciderint, postquam ex parte ab eius devotione se absentavit, ex eo manifeste percipitur, quod illi viro scelerato, perfido et crudeli et huius schismatis erroris magistro Reginaldo, quondam cancellario, communicans per suos, quos ad Fredericum dictum imperatorem transmisit, occasionem et materiam praestitit, quod idem Fredericus inductus est ad illud detestandum et profanum iuramentum, imo periurium faciendum. Die beiden englischen Gesandten wurden exkommuniziert.

nerent, hoc ipsum iurare compellerent; et eos, qui nollent hoc facere, rebus eorum penitus confiscatis, depositos et honoris sui cingulo spoliatos vel, si privati homines fuerint, in membris propriis crudeliter mutilatos*) a toto imperio compellerent exulare. Placuit Imperatori forma consilii.

Sed archiepiscopo Magdeburgensi et aliis, qui praesentes erant, episcopis dura visa est admodum et molesta, ita quod idem Magdeburgensis nullum ex hoc iuramentum se praestare responderit, nisi prius Coloniensis ordines et consecrationem reciperet, per quam omnem dubitationem ab eius et aliorum pectoribus removeret. Unde quum ille id promittere detrectaret, acriter eum aggressus est huiusmodi imperator suamque ei malignitatem improperans iratus in eum verba est prosecutus: ‚Ecce manifeste apparet, quod sicut traditor et deceptor in periculum meum papam mihi praefeceris ignoranti, quum etiam ante receptionem litterarum mearum, ne de substituendi pontificis electione tractares, tu statim cum Te Deum laudamus et iuxta beneplacitum tuum novum mihi pontificem elegisti, plus mihi proditor factus quam Moguntinus electus, quem huius criminis reum deferebas. Praesertim quum ille dederit mihi salubre consilium, ut, ex quo Deus a prioris me periculo liberavit, nullatenus me obnoxium facerem successori. Nunc vero necessario te noveris compellendum, ut laqueum, quem parasti, primus incurras. Et aliis etiam id facere recusantibus, solus habebis subire periculum, quod tua malitia noscitur caeteris praeparatum.‘ Sic ergo ille vehementer adstrictus, non potuit evadere, quin cum maximo fletu primus iuxta praedictam formam faceret iuramentum et, susceptis ordinibus, consecrationem quoque se promitteret recepturum.**)

---

*) Die Strafe der Verstümmelung fehlt in allen kaiserlichen Sendschreiben. Ob dieselbe wirklich von Rainald beantragt, von der Reichsversammlung jedoch nicht zum Beschlusse erhoben worden ist oder ob sie auf eine Erfindung des Briefschreibers zurückgeht, entzieht sich der Kontrolle.

**) Die Forderung des Erzbischofs Wichmann gegenüber Rainald ist ganz glaubwürdig. Den Empfang der Weihen durch Rainald bestätigt das kaiserliche Rundschreiben. Zur Nachricht von der anfänglichen Weigerung Rainalds, die Weihen zu empfangen, ist zu vergleichen eine Stelle aus dem obigen Briefe Johanns v. Salisbury (nr. XL, b meiner Sammlung): Nec video, quare (Reginaldus), quum episcopatum ambiat, a Victore suo distulerit consecrari, nisi quia imminentem ruinam timet; so urteilte man in alexandrinischen Kreisen bereits im Jahre 1160, nach der Paveser Versammlung. Was die Auslassung des Kaisers gegenüber Rainald betrifft, so hält es Giesebrecht wohl mit Recht für unmöglich, dass Friedrich einen Mann, der ihm soeben bemerkenswerte Dienste geleistet hatte, als Verräter u. Betrüger brandmarkte. Anders steht es mit dem auf die Wahl Paschals III. bezüglichen Inhalt der kaiserlichen Rede. Sehr glaubwürdig ist es, dass nach dem Tode Viktors IV. Erzbischof Konrad v. Mainz den Kaiser vor einer Fortsetzung des Schismas gewarnt hat. Dass ferner Rainald die Wahl Paschals III. ohne Wissen

Exhibuit etiam praedictos nuntios regis Angliae, qui in persona regis Angliae publice coram omnibus iuraverunt, quod, quidquid imperator super hoc se servaturum iuraverit, ipse quoque tenebit firmiter et servabit. Sic ergo propria manu imperator supradictum praestitit iuramentum, eo tamen ad verbum archiepiscopi Magdeburgensis determinato, ut, si vos et schismaticum illum eodem tempore obire contingeret et cardinales utriusque partis in aliquem unanimiter convenirent, liberum sibi esset eum recipere, si tamen — quod quidem Coloniensis fecit apponi — de imperatoris assensu eadem electio proveniret.*)

Deinde qui praesentes erant principes, sicut supra dictum est, suum praestitere singuli iuramentum. Cum vero ad episcopos ventum esset dicerentque omnes, excepto Verdensi, velle se potius regalibus cedere, quam huiusmodi sacramenta praestare, responsum est eis, oportere eos, vellent nollent, iuramentum facere et regalia retinere. Sicque cum fletu et planctu maximo iuravit primus Magdeburgensis, sub ea tamen conditione, si omnes alii, qui aberant, essent simul iuraturi, et quod solutus esset a iuramento, quocumque tempore desineret regalia possidere. Pamburgensis vero episcopus post multas et varias excusationes ita ipsi imperatori iuravit, quod, quamdiu voluerit regalia retinere, secundum quod ei proprius sensus dictaverit, eidem imperatori super negotio auxilium et consilium ministrabit. Verdensis et intrusus Halberstadensis absolute, sicut Coloniensis, iuraverunt. Virdunensis et Frisingensis, per archiepiscoporum suorum absentiam excusati, iuramentum facere minime sunt coacti, sed, habita licentia, libere ad propria redierunt, usque ad festum beatorum apostolorum Petri et Pauli sibi licentiam impetrantes.**)

des Kaisers vollziehen liess, wird nicht bloss durch die unmittelbar vorausgehende Haltung Friedrichs sowie durch die rasche Aufeinanderfolge von Begräbnis und Wahl (Viktor starb am 20. April 1164 zu Lukka, am 22. April wurde ebendaselbst Paschal gewählt, der Kaiser weilte damals in Pavia!) innerlich höchst wahrscheinlich, sondern auch anderweitig bestätigt. Vgl. Ficker a. a. O. Zusatz 3. Ob jedoch Friedrich diese inhaltlich allerdings richtigen Angaben vor der Versammlung wirklich gemacht, ob er wirklich die politische Klugheit einen Augenblick so weit vergessen, lässt sich nicht entscheiden.

*) Der von Wichmann veranlasste Zusatz und der im Anschlusse daran von Rainald beantragte Vorbehalt fehlen in der von den kaiserlichen Encykliken überlieferten Eidesformel. Nach Hefele-Knöpfler a. a. O. wäre dieser Punkt wohl zur Sprache gebracht und gebilligt, aber als selbstverständlich nicht in die Eidesformel aufgenommen worden.

**) Giesebrecht hält es nach der damaligen Stellung der deutschen Bischöfe für wenig glaublich, dass sie nur mit einer einzigen Ausnahme sich bereit erklärt haben sollen, die Regalien aufzugeben, um dem Schwur auszuweichen. Wagner a. a. O. S. 75 hebt hervor, dass in dem Eide Eberhards II. v. Bamberg von einer Verpflichtung zur Anerkennung Paschals u.

Hi tantummodo principes iuraverunt: Dux Saxoniensis, marchio Albertus, comes palatinus frater imperatoris, et quidam sororius*) imperatoris. Hi sunt archiepiscopi, qui iuraverunt: Magdeburgensis et Hamburgensis[a], sub conditione tamen praenominata; Coloniensis autem et duo suffraganei eius absolute iuraverunt. Filius vero Conradi, qui ad curiam cum mille quingentis militibus venit, ut audivit fieri mentionem de iuramento, recessit.**) Patriarcha Aquileiensis non adfuit, neque aliquis suffraganeorum suorum. Similiter nec Salisburgensis vel aliquis suorum. Nec Treverensis vel aliquis suorum. Et multi de principibus non adfuerunt.***)

Die Zahl der anwesenden Bischöfe ist durch die citierte Urkunde Herzog Friedrichs v. Schwaben festgesetzt; es waren 32. Da, wie es scheint, nur deutsche Bischöfe geladen waren, so hatte weitaus die Mehrzahl der Ladung Folge geleistet. Der Schlussatz in dem Berichte des Ungenannten („Et multi de principibus non affuerunt“) ist demnach, wenn er überhaupt auf die geistlichen Fürsten bezogen werden soll, eine starke Übertreibung.

---

seiner Nachfolger nicht die Rede sei; er verpflichte sich nur, so lange er die Regalien behalten wolle, dem Kaiser — aber nur dem Kaiser — Hilfe und Rat in den kirchlichen Angelegenheiten zu gewähren, „aber auch das nicht unbedingt, sondern nur, wie es ihm sein eigener Sinn eingeben wird“. Der dem Bischof v. Verdun und dem Bischof Albert v. Freising gewährte Aufschub wird wenigstens für den letzteren durch die Appendix ad Ragewinum (s. oben!) bestätigt. Die übrigen in diesem Abschnitte angeführten Bischöfe sind: Hermann v. Verden u. Gero v. Halberstadt, welch letzterer an die Stelle des zu Pavia abgesetzten alexandrinisch gesinnten Udalrich getreten war.

a) Giles: Pamburgensis.

*) Nach dem kaiserlichen Manifest ist wohl der Landgraf Ludwig v. Thüringen gemeint; derselbe war aber nicht der Schwager Kaiser Friedrichs, sondern der Schwiegersohn Konrads. Die übrigen hier aufgezählten weltlichen Fürsten sind: Herzog Heinrich v. Sachsen u. Bayern, Markgraf Albrecht d. Ältere v. Brandenburg, Pfalzgraf Konrad.

**) Dass Herzog Friedrich v. Schwaben („Das Kind v. Rothenburg“) zu Pfingsten in Würzburg weilte, ist urkundlich belegt; dass der Kaiser ihn in seinem Manifeste unter den Fürsten, die den Eid geschworen, nicht nennt, ist ein Beleg für die hier mitgeteilte Notiz.

***) Die Zahl der anwesenden Bischöfe überliefert das Schlussprotokoll einer Urkunde Herzog Friedrichs v. Schwaben für das Kloster Lorch, Lang, Reg. Boica I, 261: Acta in praesentia imperatoris Friderici et frequentia curiae Wirziburgi habitae, cui intererant episcopi XXXII. Eine Urkunde, aus deren Zeugenverzeichnisse man die Namen der anwesenden Bischöfe kennen lernen könnte, ist nicht auf uns gekommen. Was die weltlichen Fürsten betrifft, so ist die Anwesenheit des Herzogs Friedrich v. Schwaben, der Markgrafen Albrecht v. Brandenburg u. Otto v. Meissen, des Landgrafen Ludwig v. Thüringen urkundlich bezeugt (Stumpf nrr. 4043, 4044, 4092). Eine stattliche Anzahl v. Grafen, Herren und Ministerialen erscheinen als Zeugen in den Urkunden bei Stumpf nrr. 4043, 4044, 4048, 4092. Vgl. auch die diesbezüglichen Angaben im kaiserlichen Manifest und in den oben angeführten erzählenden Quellen!

Eine Übertreibung aber ist es ebenfalls, wenn in den kaiserlichen Manifesten die Zahl der anwesenden Bischöfe auf 40 angegeben wird (die mit dem kaiserlichen Berichte übereinstimmende Angabe in den Annales Reichersbergenses ist kein Beleg für den ersteren; hier folgen eben die Annalen einem Exemplar des Manifestes). Darin ist dem Berichte des Ungenannten zu glauben, dass der Patriarch v. Aquileia (der übrigens als nichtdeutscher, sondern italienischer Kirchenfürst wahrscheinlich gar nicht geladen war), sowie die Erzbischöfe v. Salzburg u. Trier sich auf dem Reichstage nicht eingefunden haben. Falsch ist jedoch die weitere Angabe, dass weder ein Suffragan v. Salzburg noch v. Trier anwesend gewesen sei; berichtete ja kurz vorher der Ungenannte selber von der Anwesenheit der Bischöfe v. Verdun u. Freising und wissen wir von dem Bischofe v. Passau anderweitig, dass er zu Würzburg nicht allein zugegen gewesen ist, sondern auch geschworen hat. Die beiden andern reichsunmittelbaren Suffraganbistümer der Salzburger Kirchenprovinz, Regensburg u. Brixen, konnten nicht vertreten sein, da sie damals nicht besetzt waren. Von den beiden Kirchenprovinzen können also nur zwei Suffragane der Ladung sich entzogen haben, der von Toul und der von Metz; von letzterem wissen wir allerdings, dass er Alexandriner war. Der im Besitze der Reichsstandschaft befindlichen deutschen Bistümer waren damals 40. (Vgl. Ficker, Vom Reichsfürstenstande I, § 202—209.) Da zwei von diesen zu jener Zeit nicht besetzt waren, so sind ausser den zwei Erzbischöfen und den zwei genannten Suffraganen nur zwei Bischöfe dem Reichstage fern geblieben; unter diesen vermute ich den Bischof von Cambray, der wegen seiner Zugehörigkeit zu der französischen, alexandrinisch gesinnten Kirchenprovinz v. Rheims der Ladung sich entzogen haben wird.

[15.] Vassalli tam clerici quam laici, qui investituram tempore guerrae non postulaverunt vel debita servicia imperatori non exhibuerunt **vel occasione societatis eum offenderunt,** hac accasione feudum non amittant a) **nec propterea in ius vocentur.**	[14.] Vassalli, qui tempore guerrae **vel treuguae** non postulaverint investituram vel debita servitia non exhibuerint imperatori, hac occasione feudum non amittant.	15. Vassalli, qui tempore guerrae vel treugae non postulaverunt investituram vel debita servitia nobis non exhibuerunt, hac occasione feudum non amittant.
[16.] Libellarie et precarie b) in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante domini Frederici imperatoris lege c) **nisi in ea civitate, que sponte eam servare voluerit.**	[15.] Libellariae et precariae in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante lege domini imperatoris Frederici.	16. Libellariae et precariae in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante lege nostra, quae dicitur imperatoris Friderici.*)
[17.] Dampna omnia et iniurias, quas dominus imperator per se vel per suos ab universitate societatis vel ab aliquo de societate vel coadiutoribus societatis sustinuit, gratis remittet et remitti faciet a suis, qui dampna sunt passi, et plenitudinem gratie sue eis dabit.	[17.] Damna omnia **et ablata** et iniurias, quas dominus imperator per se vel per suos ab universitate societatis vel ab aliquo de societate vel ab aliquo de adiutoribus societatis sustinuit, per se vel per suam partem gratis remittet et plenitudinem gratiae suae eis dabit.	17. Damna omnia et ablata et iniurias, quas nos per nos et per nostros ab universitate societatis vel ab aliquo de societate vel coadiutoribus societatis sustinuimus, et per nos et per nostram partem gratis remittimus et plenitudinem nostrae gratiae eis damus.
[18.] Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro dampno civitatis non faciet.	[18.] Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro damno civitatis non faciet.	18. Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro damno civitatis non faciemus.

a) Vignati: omittant.

b) l. = praedii vel fundi sub certis conditionibus perpetua locatio. — Precarie ist die Übergabe eines Gutes an eine Kirche mit dem Vorbehalte lebenslänglicher Nutzniessung.

c) Dieses in unserer Urkunde fehlende, aber unentbehrliche Worte habe ich aus den beiden anderen Urkunden ergänzt.

*) Gemeint ist wohl das Lehensgesetz v. J. 1158 (nr. XXXVII, c).

[19.] Civitates munire et extra munitiones facere eis liceat, **nec alicui de societate, qui non sit in comitatu vel episcopatu vel districtu alicuius civitatis vel de societate, castrum vel civitatem vel ullam munitionem facere vel reficere liceat absque consilio et voluntate ipsius civitatis.**	[19.] Civitates munire et extra munitiones facere eis liceat.	19. Civitates munire et extra munitiones eis facere liceat.
[20.] Item societatem, quam nunc habent, tenere et, quociens voluerint, renovare eis liceat.	[20.] Item societatem, quam nunc habent, tenere et, quoties voluerint, renovare eis liceat.	20. Item societatem, quam nunc habent, tenere et, quotiens voluerint, renovare eis liceat.
[21.] Pactiones timore imperatoris vel per impressionem nuntiorum eius extorte in irritum deducantur, puta [a] Placentinorum et episcopi Paduani **et Veronensium et Vicentinorum civium** *), et si que sunt similes. **Et si quid ex his pactionibus debetur, remittatur.**	[21.] Pactiones timore imperatoris vel impressione nuntiorum eius facte pro infectis habeantur, nec pro iis aliquod exigatur, puta Placentinorum, **scilicet pactum pontis Padi et fictum** [a] **eiusdem pontis et regalium et datum et pactum, quod episcopus Ugo fecit de castro Arcuato** [b], **et si qua alia facta sunt similia ab ipso episcopo vel a communi vel a suis de societate cum**	21. Pactiones timore nostro vel impressione nuntiorum nostrorum factae pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur, puta Placentinorum, scilicet pactum pontis Padi et fictum eiusdem pontis et regalium et datum et pactum, quod episcopus Hugo fecit de castro Arquato.

a) Pertz und Vignati schreiben nach Muratori: pacta. Vgl. die beiden anderen Urkunden!

*) Die Verträge der Placentiner sind in der Concessio und in der Pax genauer angegeben. Bei dem Vertrage des Bischofs von Padua denkt Ficker an das Abkommen über Sacco vom J. 1161 (Muratori, Antiquitates VI, 243), Die Verträge von Verona und Vicenza sind nicht bekannt. Die Weglassung der zwei letztgenannten Verträge im Friedensentwurfe und in

a) Zoll.

b) Castel Arquato sw. v. Piacenza.

	domino imperatore vel eius nuntio, ipso ponte remanente cum omnibus suis utilitatibus Placentinis: ita tamen, quod teneantur semper solvere fictum abbatissae Sanctae Juliae de Brixia. Et si quae sunt similes.	et si qua alia similia sunt facta ab ipso episcopo vel a communi vel ab aliis de societate nobiscum vel nuntio nostro, ipso ponte remanente cum omnibus suis utilitatibus Placentinis: ita tamen, quod teneantur semper solvere fictum abbatissae Sanctae Juliae de Brixia. Et si quae aliae sunt similes.
[22.] Sententie quoque, que de iure secundum leges contra aliquem vel aliquos de societate late sunt, teneant; si tamen contra eos tenerent, si gratiam imperatoris haberent.	[22.] Sententie quoque, quae iure et secundum leges **et consuetudines** contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt, teneant, si tamen de iure contra eos tenerent, si gratiam imperatoris haberent.	22. Sententiae quoque, quae de iure et secundum leges et consuetudines contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt, teneant, si tamen de iure contra eos tenerent, si gratiam nostram habuissent.[a]
[23.] Que vero contra aliquem de societate vel aliquos late sunt occasione guerre vel discordie ecclesie **vel societatis,** in irritum deducantur.	[23.] Quae vero contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt occasione[a] discordiae ecclesiae, in irritum deducantur.	23. Quae vero contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt occasione guerrae vel discordiae ecclesiae, in irritum deducantur.
[24.] Possessiones, quas quisque de societate **a tempore regni eius** tenebat seu tenuit, si ablate sunt ab his, qui non sunt de societate, restituantur; vel si eas recuperaverit, quiete possideat, nisi per	[24.] Possessiones, quas quisque de societate **ante tempus guerrae iuste** tenebat, si **per vim** ablatae sunt ab his, qui non sunt de societate, **sine fructibus et damno** restituantur; vel si eas	24. Possessiones, quas quisque de societate ante tempus guerrae iuste tenebat, si per vim ablatae sunt ab his, qui non sunt de societate, sine

der Friedensurkunde ist nach Ficker nicht zufällig; „es war jedenfalls erst zu erweisen, dass sie erzwungene Verträge seien.“

a) Die Worte guerrae vel, welche nicht bloss in der amendierten Vorlage, sondern auch in der Friedensurkunde stehen, scheinen durch ein Versehen ausgefallen zu sein.

a) Muratori: non habuissent.

electos arbitros ad cognitionem regalium imperii assignentur, **salvis superioribus concessionibus seu permissionibus.**

[25.] **Alexandria Dei gratia, misericordia imperialis benevolentie civitas remaneat et statum civitatis obtineat et omni privilegio civitatum societatis gaudeat intra et extra et earum consuetudinibus libere utatur.***)

[27.] Opizoni marchioni omnem offensam, quam cum societate vel per se vel per aliquam aliam personam contraxit, imperiali clementia remittet et in plenitudinem gratie sue eum recipiet. Nec per se nec per interpositam personam pro preteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferet lesionem **nec ad rationem faciendam eum compellet. Et posses-**

*) In der Zeit zwischen der Überarbeitung der kaiserlichen Vorlage durch die Lombarden und der Abfassung des Friedensentwurfes (Concessio), am 14. März 1183 ist zu Nürnberg zwischen Alessandria und dem Kaiser ein für erstere ziemlich ungünstiger Sondervertrag (M. G. legg. II, 181 f.) geschlossen worden, wornach die Stadt zwar erhalten blieb, aber statt in den Lombardenbund in das Bündnis der kaiserlichen Städtepartei eintreten musste.

recuperaverint, quiete possideant, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium imperatoris assignentur.

[25.] Obizoni marchioni omnem offensam, quam domino imperatori vel alicui suae partis fecit, postquam in societate fuit, ipso [a]) vel per aliquam personam cum societate **vel defendendo aliquem de societate,** imperiali clementia et per suam partem remittet et in plenitudinem gratiae suae eum recipiet. Nec per se nec per interpositam personam pro praeteritis

a) Statt des sinnlosen ipso ist wohl auch hier, wie in den beiden anderen Urkunden: per se zu lesen.

fructibus et damno restituantur; vel si eas recuperaverit, quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium nobis assignentur.

25. Opizioni marchioni omnem offensam, quam nobis vel alicui nostrae partis fecit, postquam in societate fuit, per se vel per aliquam personam cum societate vel defendendo aliquem de societate, imperiali clementia per nos et nostram partem ei remisimus

siones, quas habet in Tertone et episcopatu, ei restituantur. *)

[26.] Amplius eam iurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in comitatibus Seprii et Marciane et Burgarie et in aliis comitatibus modo exercent, libere et quiete habeant et possideant sine contradictione domini imperatoris Frederici et successorum eius: salvis pactis, datis et concessionibus et in suo robore durantibus, que Mediolanenses per commune fecerunt civitatibus Pergami, Novarie, Laude, nec propter hanc concessionem ledendis.

*) Die letztere, den Besitzstand betreffende Forderung wurde im Frieden nicht zugestanden. Ficker vermutet, dass die fraglichen Besitzungen in dem Separatfrieden, welchen Tortona am 4. Febr. 1183 mit dem Kaiser schloss (M. G. legg. II, 165), an die Stadt überlassen wurden.

offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferat laesionem vel occasionem a).

26. Amplius eam iurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consuevere in comitatibus Seprii et Martiane et Bulgarie et in aliis comitatibus, **exceptis locis, que Pergamenses per commune modo tenent inter Adduam et Oleum, et excepto Rumano Veteri et Bariano,** et eam, quam modo exercent, libere et quiete habeant et possideant et sine contradictione domini imperatoris Friderici et successorum eius: salvis pactis et datis et concessionibus et in suo robore durantibus, quae Mediolanenses per commune fecerunt civitatibus Pergami, Novariae, Laudae, nec propter hanc concessionem laedendis.

a) coactionem?

et in plenitudinem nostrae gratiae eum recipimus. Nec per nos nec per interpositam personam pro praeteritis offensis sibi vel parti eius aliquam inferemus iniuriam, laesionem vel coactionem.

26. Amplius eam iurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in comitatibus Seprii et Martexanae et Burgariae et in aliis comitatibus, exceptis locis, quae Pergamenses modo per commune tenent inter Aduam et Ollium, et excepto Romano veteri et Bariano, et eam, quam modo exercent, libere et quiete habeant et possideant sine contradictione nostra et successorum nostrorum: salvis pactis et datis et concessionibus in suo robore durantibus, quae per commune Mediolanenses fecerunt civitatibus

[26.] Omnes de societate, qui fidelitatem domino imperatori iurabunt, in sacramento fidelitatis [a] adiicient, quod possessiones et iura, que dominus imperator in Lombardia habet et possidet extra societatem, iuvabunt [b] eum bona fide manutenere, si opus fuerit et super hoc si per imperatorem vel eius nuntium requisiti fuerint, et, si amiserit, recuperare:

a) Fehlt bei Vignati.
b) Pertz und Vignati: iurabunt.

[27.] Nec ullum praeiudicium fiat iuri aut consuetudini alicuius civitatis societatis, nec aliquod ius acquiratur in detrimentum alicuius civitatis propter praedictas concessiones.

[28.] Et propter praedictas concessiones pacta inter civitates societatis quaedam facta nihilominus firma et rata permaneant.

[29.] Nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in episcopatu Laude propter praedictas concessiones, salvo iure Mediolanensibus aquae Lambri et in pedagio [a], si quod habent.

[30.] Omnes de societate, qui fidelitatem domino [b] imperatori iurabunt, in sacramento fidelitatis adiicient, quod possessiones et iura, quae dominus imperator in Lombardia habet et possidet extra societatem, iuvabunt [c] ea bona fide manutenere, si opus fuerit et super hoc per imperatorem vel eius certum nuntium requisiti fuerint, et, si amiserit, recuperare: ita videlicet [d].

a) Zoll.
b) Vignati: domini.
c) Pertz und Vignati: iurabunt.
d) Fehlt bei Vignati.

Pergami, Novariae, Laudi, nec propter hanc concessionem laedendis.

27. Nec ullum praeiudicium fiat iuri aut consuetudini alicuius civitatis societatis, nec aliquod ius acquiratur in detrimentum alicuius civitatis societatis propter concessiones praedictas.

28. Pacta inter civitates quondam facta nihilominus firma et rata permaneant.

29. Nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in episcopatu Laudensi propter praedictas concessiones, salvo iure Mediolanensibus aquae Lambri, si quod habent, et in pedagio.

30. Omnes de societate, qui fidelitatem nobis iurabunt, in sacramento fidelitatis adiicient, quod possessiones et iura, quae nos in Lombardia habemus et possidemus extra societatem, iuvabunt nos bona fide manutenere, si opus fuerit et cum super hoc per nos vel per

ita videlicet, quod finitime civitatis obnoxie sint principaliter ad hoc faciendum et, si opus fuerit, alie teneantur ad competens auxilium prestandum.	quod finitimae civitates obnoxiae sint principaliter ad hoc faciendum et, si opus fuerit, aliae teneantur ad competens auxilium prestandum.	certum nuntium nostrum requisiti fuerint, et, si amiserimus, recuperare: ita videlicet, quod finitimae civitates obnoxiae sint principaliter ad hoc faciendum et, si opus fuerit, aliae teneantur ad competens auxilium praestandum.
[29.] Civitates societatis, que sunt extra Lombardiam, in suo confinio similiter teneantur facere.	[31.] Civitates de societate, quae sunt extra Lombardiam, in suo confinio similiter teneantur facere.	31. Civitates de societate, quae sunt extra Lombardiam, in suo confinio similiter teneantur facere.
[30.] Si qua civitatum ea, que in conventione pacis ex parte imperatoris statuta sunt, **omnino** non observaverit, cetere civitates ad id observandum bona fide compellent.	[32.] Si qua vero civitatum, quae in conventione pacis ex parte imperatoris statuta sunt, non observaverit, ceterae civitates ad id observandum bona fide compellent, **pace nihilominus in suo robore permanente.**	32. Si qua vero civitatum ea, quae in conventione pacis ex parte nostra statuta sunt, non observaverit, ceterae civitates eam ad id observandum bona fide compellent, pace nihilominus in suo robore permanente.
[31.] Imperatori intranti in Lombardiam **causa suscipiende corone** fodrum consuetum et regale, qui solent et debent, parabunt. Vias et pontes bona fide et sine fraude et sufficienter reficient in eundo et redeundo. Mercatum sufficiens sibi et suis eunti et redeunti bona fide et sine omni fraude parabunt.	[33.] Imperatori intranti in Lombardiam fodrum consuetum et regale, quod solent et debent et **quando solent et debent,** prestabunt et vias et pontes bona fide et sine fraude sufficienter reficient in eundo et redeundo. Mercatum sufficiens sibi et suis eunti et redeunti bona fide et sine fraude praestabunt.	33. Nobis intrantibus in Lombardiam fodrum consuetum et regale, qui debent et solent et quod solent et debent, praestabunt et vias et pontes bona fide et sine fraude et sufficienter reficient in eundo et redeundo. Mercatum sufficiens nobis et nostris euntibus et redeuntibus bona fide et sine fraude praestabunt.

[32.] Si qui[a] ex parte imperatoris de possessionibus suis expulsi sunt, restituantur sine fructibus et damno dato, et offense remittantur: salvis prioribus omnibus concessionibus **seu permissionibus et salva compositione, de qua actum fuit inter Papienses et parentes Egidii de Prando**[*] **pro morte eius, nisi possessor munitus fuerit privilegio vel investitura imperatoris vel regis seu alio iure** et nisi civitas teneatur iuramento, ut non restituat. Quo casu arbitrio boni viri volumus pro restitutione succedere, **pactis inter civitates factis, presertim ante imperium domini imperatoris, in suo robore durantibus, veluti quod factum fuit inter Bononienses et Faentinos et Imolenses.** **)

a) Vignati: quis.

*) Ägidius Prando war 1168 zu Susa auf Befehl Friedrichs gehängt worden, seine confiscierten Güter in den Besitz Pavias gekommen. Pavia schloss später mit den Verwandten desselben einen Vergleich.

**) Imola hatte sich 1153, 1168 u. 1181 den Städten Bologna u. Faenza unter den härtesten

[34.] **In omni decimo anno fidelitates renovabunt in his, qui domino imperatori eas non fecerint, cum ipse petierit per se vel per suum nuntium.**

[35.] Si qui[a] ex parte imperatoris de possessionibus suis **iustis** expulsi sunt, restituantur sine fructibus et damno, **nisi in causa principali suae proprietatis iure possit se tueri possessor**: salvis prioribus concessionibus; et omnes offense eis remittantur. **Eodem iure servando his**[c], **qui sunt ex parte imperatoris, circa restitutionem**, nisi civitas teneatur iuramento, ut non restituat; quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere.

a) Vignati: quis.
b) seu?
c) in his?

34. In omni decimo anno fidelitates renovabunt in his, qui eas nobis non fecerint, cum nos petiemus vel per nos vel per nuntium nostrum.

35. Si qui ex parte nostra de suis iustis possessionibus expulsi sunt, restituantur sine fructibus et damno, nisi in causa principali seu proprietatis iure possit se tueri possessor, salvis prioribus concessionibus; et omnes offensae eis remittantur. Eodem iure servando in his, qui sunt ex parte nostra, circa restitutionem, nisi civitas teneatur iuramento, ut non restituat; quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere.

[33.] Si quando controversia de feudo orta fuerit inter dominum imperatorem et alium, qui sit de societate, per pares illius civitatis et episcopatus, in qua discordia agitur, secundum consuetudinem Lombardie in eodem episcopatu et civitate terminetur.

Bedingungen unterwerfen müssen.

[36.] Et si qua controversia de feudo orta fuerit inter dominum imperatorem et alium, qui sit de societate, per pares illius civitatis vel episcopatus, in quo discordia agitur, secundum consuetudinem illius civitatis in eodem episcopatu terminetur, **nisi dominus imperator in Lombardia fuerit; tunc enim apud ipsum, si sibi placuerit, causa agitabitur.**

[37.] **Item volentibus venire contra pacta, non per violentiam facta et iuramento** [a] **firmata, inter civitatem et civitatem societatis vel civitatem societatis et alias personas** [b]**, dominus imperator audientiam negabit.**

[38.] **Item dominus imperator restituet stratam Veronensibus et nominatim recipiet dominum Ecilinum in plenitudinem gratie sue et omnem offensam ei remittet.**

[39.] **In causis, que terminate sunt ante tempus pacis, dominus imperator appellationes ad se factas non recipiet.**

a) Pertz und Vignati: iuramenta. Vgl. Art. 35!
b) Vignati: p . . .

36. Et si qua controversia de feudo orta fuerit inter nos et alium, qui sit de societate, per pares illius civitatis vel episcopatus, in quo discordia agitur, secundum consuetudinem illius civitatis in eodem episcopatu terminetur, nisi nos in Lombardia fuerimus; tunc enim in audientia nostra, si nobis placuerit, causa agitabitur.

37. Item volentibus venire contra pacta, non per violentiam facta et iuramento firmata, inter civitatem et civitatem societatis vel civitatem et alias personas societatis, nos audientiam denegabimus.

38. Item nos restituimus stratam Veronensibus et nominatim recipimus Ezelinum in plenitudiem gratiae nostrae et omnem offensam ei remittimus.

Urkunde b fährt also weiter:

Ecce nomina principum et militum, qui iurare debent: archiepiscopus de Maganza, archiepiscopus de Colonia, archiepiscopus de Salseburgo, episcopus de Panbergis, episcopus de Guarmasia, episcopus de Straseburgo, episcopus de Baselea, episcopus de Spira, episcopus de Renesburgo, et cancellarius imperatoris, abbas de Volt, dominus imperator F(idericus) et rex Henricus eius filius et alius eius filius, qui est dux, de Saxonia Bernardus dux, et dux Guelphus et dux de Zarengo et dux de Boioëria et dux de Austorico et dux de Stiria et dux de Boëmia, dux de Carantana et marchiones de Saxonia, scilicet marchio Tiris et frater eius comes Dede, et landegravii, qui sunt imperatoris nepotes, et frater imperatoris, comes Henricus de Decio et comes de Savolia, comes palatinus de Doënga, Guarnerius de Balenda, Cona de Miciborgo, Enricus marescalcus, Conradus de Scainke, Rodulfus camerlengus*), Albertus de Grognengo, Albertus de Adelburgo; et omnes, qui habent aministrationem ab imperatore in Lombardia et Marchia et Romania, infra mensem, ex quo ceperit aministrare. Hec sunt nomina civitatum, que debent iurare ex parte imperatoris, scilicet Cremona, Pavia, Aste et Terdona.

Nomina civitatum et locorum et personarum societatis, cum quibus dominus imperator facit concordiam et que debent iurare ex parte societatis, he sunt: Vercelle, Novaria, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium, Ferraria, Bononia, Inmola, Faëntia, Castrum Sancti Cassiani, Mutina, Regium, Parma, Placentia cum Bobio, plebs de Grabadona[a)], marchio Opizo.

Dominus Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et filius eius rex Henricus iurare debet per se aut per aliam personam, cui nominatim parabolam[b)] dabit, ut iuret in anima sua, quod ipse dominus imperator bona fide et sine fraude servabit concordiam pacis scriptam per dominum Guilielmum Astensem episcopum et marchionem Henricum, qui dicitur Guercius, et fratrem Tedericum**) et Rodulfum camerlengum, qui mandatum pacis habuerunt ab imperatore, et ex altera parte nuntios civitatum et locorum et personarum societatis; et quod bona fide et sine fraude faciet iurare praedictos principes, tam clericos quam laicos, et milites et consules et potestates predictarum civitatum, quod ipsi facient omnes homines sue credentie et unum hominem in publica concione in anima populi iurare pro sua civitate, quod bona fide servabunt pacem et concordiam,

a) Gravedona. b) Vollmacht.

*) Kämmerer Rudolf v. Siebeneichen.

**) Bruder Dietrich von Silva Benedicta.

quantum ad eos pertinebit, civitatibus, locis et personis societatis, sicut continetur in scriptis factis inter episcopum Astensem et marchionem Henricum et fratrem Tedericum et Rodulfum camerlengum et ex altera parte rectores et consules civitatum societatis.

Dominus imperator iurabit et duo predicti filii eius et principes, qui presentes erunt in colloquio, quod statutum est per predictos nuntios imperatoris, usque ad octavam pentecosten proximam (12. Juni). Et sic alii principes et milites supra nominati, qui absentes erunt, usque ad kalendas Septembris proximas iurabunt. Et[a] consules predictarum civitatum infra tres menses iurabunt et facient iurare, sicut superius dictum est, ex quo requisitum fuerit a nunciis civitatum societatis post reditum, nisi remanserit iusto impedimento aut per parabolam parcium, quousque data fuerit. Alioquin ponet in bannum illam civitatem, que noluerit predictum iuramentum facere, infra duos menses, postquam inde ex parte societatis requisitus fuerit. Nec extrahet eam de banno, nisi compleverit hoc, pro quo in banno posita fuerit.

Rectores cum consulibus, qui sunt hic, iurabunt, quod pacem istam, sicut in scripto continetur, bona fide et sine fraude observabunt erga dominum imperatorem Fridericum et filium eius regem Henricum. Et ea, que in instrumento pacis continentur, bona fide et sine fraude adimpleri facient. Insuper quod credentias et ceteros consules vel potestates de singulis civitatibus in eundem modum iurare facient. Item quod pecuniam, quam domino imperatori debent, scilicet quindecim millia librarum imperialium, et mille libras imperiales, quas debent Astensi episcopo et marchioni Henrico Guercio et Rodulfo camerlengo et preposito Sancti Antonini*), bona fide constitutis terminis persolvent Mediolani pro porcione sibi a sociis concorditer iniuncta.

Item convenit inter predictos nuntios domini imperatoris, rectores et consules societatis, quod, si qua civitas aut locus societatis non iuraverit ad terminum, quo alie civitates iurabunt, et in terminis statutis de pecunia paranda non solverit, dominus imperator ponet eam vel eum in bannum infra duos menses, ex quo requisitus fuerit, neque extrahet eum de banno, donec duplum solverit[b] eius, quod parare debuerit. Ceteri vero de porcione eius non teneantur, sed ad competens auxilium parandum ad id recuperandum teneantur.

---

a) Die Worte: Et consules predictarum civitatum infra tres menses iurabunt fehlen bei Vignati. (Versehen!)
b) Vignati: non solverit.
*) Propst v. S. Antonio zu Piacenza.

Hanc pacem iurabunt rectores et alii homines de societate. Item[a] si placuerit civitatibus Ferrarie, Imole, Faventie et episcopatibus, videlicet Feltre, Bellune et Cenete, salvis pactis et datis inter homines predictorum episcopatuum et civitatis Tarvisii, iurare similiter a proximo die Mercurii usque ad tres septimanas; alioquin que videbuntur per fraudem pacem recusare, teneantur rectores et alii, qui iuraverunt, exinde precise.

Urkunde c fährt also weiter:

Hanc igitur pacem secundum formam praescriptam et sicut per mediatores pacis, videlicet Willielmum Astensem episcopum et Heinricum marchionem Saonensem et fratrem Theodoricum de Silva Benedicta et Rodulfum camerarium nostrum, una cum eis bona fide intelleximus, et secundum tenorem, quo eandem pacem et concordiam intimari et[b] iurari fecimus, et secundum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi et conservari statuimus. Et ut firma permaneat et inconcussa, praesentem paginam nostri impressione sigilli fecimus communiri.

Nomina vero civitatum, quibus gratiam nostram reddidimus et praescriptam fecimus concessionem seu permissionem, haec sunt: Vercellae, Novaria, Mediolanum, Lauda, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium, Bononia, Faventia, Mutina, Regium, Parma, Placentia. Istis autem civitatibus et locis pacem firmam servare[c] volumus et gratiam nostram reddimus.

Praescriptam autem concessionem seu permissionem eis[d] non facimus, videlicet Imolae, Castro Sancti Cassiani, Bobio, plebi de Grabadona, Feltrae, Bellunae, Cenetae, Ferrariae; autem[e] gratiam nostram reddimus et praescriptam concessionem eis facimus seu permissionem, si infra duos menses post reditum Lombardorum a curia nostra de pace praescripta cum eis concordes fuerint.

Hanc itaque pacem et concordiam, sicut supra scriptum est, tam nos quam filius noster Heinricus Romanorum rex per camerarium nostrum Rodulfum in animam nostram iurari fecimus.

Hi sunt principes et nobiles curiae, qui praescriptam pacem per se firmam tenere iuraverunt: Hermannus Monasteriensis episcopus, Heinricus Curiensis electus, Thietelmus Augiensis abbas,

a) So vermutet Pertz; überliefert ist ita.
b) i. e. fehlt bei Muratori. Vignati: eandem pacem portari fecimus.
c) Vignati: pacem servari.
d) Fehlt im Cod. Bon. Ich würde es lieber vor das folgende autem setzen.
e) Muratori und Vignati: Cenetae. Ferrariae autem. Bei letzterem fehlt auch das folgende eis.

Godefridus imperialis aulae cancellarius, Otto dux Bawariae[a], Fridericus dux Sueviae filius noster, Bertoldus dux de Zaringen, Bertoldus marchio Ystriae, Hermannus marchio Veronae, comes Heinricus de Dietse, comes Theopaldus de Leschemunde, comes Ludowicus frater cancellarii de Helfenstein, Rodulphus camerarius, Wernerius de Bonlandia, Cuono de Muncenberc, Conradus pincerna.

Hi sunt nuntii, qui ex parte Lombardorum pacem praescriptam et concordiam receperunt et in praesentia nostra iuramento confirmaverunt:

De Mediolano: Guido de Landriano, Pinamundus de Vicomercato, Adobatus Butrafus, Willelmus Burrus, Wertius de Buxolo[b], Ardericus de Bonate, Rogerius Marzelinus, Lotherius medicus.

De Brixia: Obrandus de Martenengo, Gezo de Turbiaco, Desiderius iudex, Rodulfus de Concissio, Bochasius de Minerbio, Albericus de Capriano.

De Placentia: Gerardus de Arditione, Jacobus Strictus, Hermannus de Cario, Caupo iudex.

De Pergamo: Albertus de Mapello, Atto Ficianus, Johannes de Piterengo, Lanfrancus de Monacho, Albertus Attonis, Albertus Albertanus.[c]

De Verona: Cozo iudex, Ubertinus de Carcere, Valerianus de Castello, Martinus de Castello, Thebaldinus de Raymundo, Thebaldinus de Nasinguerra.

De Vicentia: Pileus iudex, Ubertinus de Fonteviva, Kardenavarius, Marcus de Pauliano.

De Padua: Fanfus, Ezelinus iudex, Englescus de Funtegliva.

De Tarvisio: Florius iudex, Gombertinus de Anardone.

De Mantua: Alexandrinus, Jacobus de Amica, Agnellus iudex, Henricus de Angelo.

De Faventia: Bernardus iudex, Ugolinus de Azo.

De Bononia: Antoninus potestas, Rolandus Guarini, Matthaeus Rodulfi.

De Mutina: Arlotus iudex, Raynerius de Buccabadata.

De Regio: Albertus cambiator, Rolandus de Caritate.

De Parma: Jacobus Petri Bavae, Maladobatus iudex, Vetulus iudex, Conradus Bulzoni.

De Laude: Vincentius de Fussiraga, Anselmus de Summaripa, Mainfredus de soltarico.[d]

---

a) Fehlt bei Vignati.
b) Vignati: Virolo.
c) Vignati: Albertonis.
d) Fehlt bei Muratori und Pertz.

De Novaria: Opizo de Briona, Thedisius Caballatius, Wido de Boniprando.

De Vercellis: Meardus[a] et Vercellinus.

Hae sunt civitates et loca, quae pacem praescriptam sub iuramento Lombardorum nobiscum receperunt et eadem pro se[b] iuraverunt: Papia, Cremona, Cuma, Terdona, Asta, Cesarea, Janua, Alba et aliae civitates et loca et personae, quae sunt et fuerunt ex parte nostra.

Haec sunt nomina consulum et[c] nuntiorum, qui investituram consulatus a nobis nomine civitatum receperunt: de Mediolano Adobatus, de Placentia Gerardus Arditionis, de Laude Vincentius, de Verona Cozius, de Vicentia Pileus[e], de Padua Fanfus, de Tarvisio Florius, de Mantua Alexandrinus, de Faventia Bernardus, de Bononia Antoninus, de Mutina Arlotus, de Regio Rolandus, de Parma Jacobus Petri Bave, de Novaria Opizo, de Vercellis Meardus, de Pergamo Atto Ficianus.[f]

Signum domini Friderici (L. M.) Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus imperialis aulae cancellarius vice Christiani Maguntinae sedis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis 1183, indictione prima, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 32, imperii vero 29.

Data apud Constantiam in solemni curia 7. kalendas Julii.

LII. Reichstag zu Gelnhausen, Ende November 1186.*)

a) Bericht Arnolds von Lübeck.

(Chronica Slavorum III, c. 19.)

De subscriptione episcoporum. Exinde ergo imperator curiam generalem edixit in Geilenhusen, ubi convenit multitudo episcoporum et principum. Et procedens in concionem, sic omnibus locutus est: „Rogamus vos summos sacerdotes et episcopos et principes, quorum corda iustitia possidet, ut animad-

a) Fehlt bei Vignati.
b) Vignati: eandem per se.
c) c. e. fehlt bei Vignati.
e) d. V. P. fehlt bei Vignati.
f) Die Codd. Jul. Brix. Rom. Bon. Vat. fügen hinzu: Et isti similiter ex parte imperatoris iuraverunt: Cona, Conradus pincerna, Guarnerius, Rodulfus camerarius pro se.

*) Die Besitzverhältnisse zwischen Kirche und Reich waren im Frieden von Venedig ungeregelt geblieben, die Verhandlungen hierüber dauerten fort. Dem Nachfolger des am 30. August 1181 verstorbenen Papstes Alexander III., Lucius III., liess Friedrich gegen den Verzicht auf die strittigen Besitzungen den Zehnten, seinen Kardinälen den Neunten sämtlicher Einkünfte, die das Reich in Italien beziehe, anbieten. Im Oktober 1184 trafen Kaiser und Papst

vertatis, que dico. Compertum forte habetis, quantis adversitatibus impetar a domno papa; in quo autem gratiam ipsius demeruerim, ignoro. Unum mihi constat, quod nunquam animum eius exacerbare studui nec aliquando contra eius preceptum vel voluntatem aliquid feci. Nihil etiam ab ipso contra ius indecenter exegi. In quibus autem ipse me arguere habuit, non irascendo vel contradicendo, sed obediendo et rationem reddendo decenter ad omnia respondi. Et quoniam in omnibus hiis innocentia mea mecum est, idcirco non conturbor, sed, si placuerit domno pape me filium habere dilectum et subiectum, ego eum pro honore et reverentia sancte apostolice sedis patrem habebo dilectum et reverendum. Si autem ad deiectionem mei, non dico iniuste, sed inepte aliqua molitus fuerit, spero, quod divina favente clementia, vestro simul etiam adiutus consilio et auxilio, intrepidus ei ad omnia respondeam. Hec pro parte mea dixerim; pro parte autem vestra, quid sit faciendum, diligenter pensandum est. Dicit enim domnus papa, iniustum esse, aliquam laicam personam decimas possidere, quas manifeste Dominus iis, qui altario deserviunt, deputaverit; quod, sicut de scripturis habet auctoritatem, ita eadem auctoritate evacuare contendit. Scimus autem decimas et oblationes a Deo sacerdotibus et levitis primitus deputatas. Sed cum tempore christianitatis ab adversariis infestarentur ecclesie, easdem decimas prepotentes et nobiles viri ab ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores ecclesiarum fierent, que per se sua obtinere non valerent. Affirmat etiam iniustum esse, quod aliquis in prediis seu hominibus ecclesiarum advocatiam sibi usurpet, ut, sicut ecclesie de libera voluntate seu donatione imperatorum vel principum fundate sunt, ita res ecclesiarum a prelatis tantum libere dispensentur. Et quamvis hec pro prelatis esse videantur, non tamen credo, quod ista facile mutari possint, que ex longa antiquitate usus in consuetudinem vertit, immo ipsa consuetudo a progenie in progenies descendens quasi iusta traditione roboravit. Hec de parte vestra dicta sufficiant. Quero autem de vobis, rec-

zu persönlichen Verhandlungen in Verona zusammen. Hier kam auch die Trierer Wahlangelegenheit zur Sprache. Nach dem Tode des Erzbischofs Arnold nämlich († 25. März 1183) hatte die Majorität der Wähler den Dompropst Rudolf, eine Minorität, unterstützt vom niederen Klerus, den Ministerialen und dem Volke, den Erzdiakon Folmar gewählt. Der Kaiser ordnete eine Neuwahl an. Da Folmar nicht darauf einging, belehnte Friedrich Rudolf mit den Regalien. Die Wähler Rudolfs berichteten an den Papst, Folmar begab sich selbst an den päpstlichen Hof. In Verona wurde weder in der Besitzfrage noch in der Trierer Wahlangelegenheit eine Einigung erzielt. Inzwischen erfolgte der Abschluss des sizilischen Heiratsvertrages, das Verhältnis zwischen Kaiser und Papst wurde von Tag zu Tag gespannter. Am 11. Februar 1185 schloss Friedrich mit Mailand ein Schutz- u. Trutzbündnis; die Mailänder erhielten auf Kosten des Erzbischofs v. Mailand die Regalien für den Umfang des ganzen Erzbistums, verpflichteten sich hingegen, den Kaiser in der Behauptung aller seiner italienischen Besitzungen, namentlich auch der mathildischen Lande zu unterstützen. Auf Bitten der Mailänder versprach der Kaiser überdies, das im Jahre 1160 zerstörte Krema, die Bundesgenossin Mailands und Gegnerin Kremonas, wieder aufzubauen. Die Kremonesen empörten sich gegen den Kaiser und suchten die Unterstützung des Papstes. Lucius III. starb am 25. November 1185, ihm folgte der bisherige Erzbischof v. Mailand als Urban III., behielt aber sein Erzbistum bei. Dieser verlangte neben der Herausgabe der mathildischen Lande vom Kaiser zugleich den Verzicht auf das Regalien- u. Spolienrecht, die Abschaffung der Vogtei über die Kirchen, die Rückgabe aller in Laienhänden befindlichen kirchlichen Zehenten. Zwar gelang es den im Frühjahr 1186 von Friedrich an den

tores ecclesiarum, quid inter ista michi de vobis sentiendum sit, quid timendum, quidve vel quantum de vestra fidelitate presumendum. Sed quia a Domino iubemini reddere, que sunt Dei, Deo, et que sunt Cesaris, Cesari, sic, rogo, domno pape in vice Christi debitam persolvatis obedientiam, ut in parte altera a Deo constitutam non negligatis iustitiam."

Ad hec verba surgens domnus Conradus Moguntinus accepta opportunitate sic locutus est: „Domne, rogamus serenitatem vestram, ut paululum verba nostra attendatis. Casus iste, in quo laborare videmur, gravis est. Nec nostrum inter vos tantas componere lites (Vergilii Eclog. II, 108), quia, sicut paulo superius dixistis, ex una parte tenemur reddere, que sunt Dei, Deo, ex altera, que sunt Cesaris, Cesari. Domno etenim pape ut patri spiritali, qui super omnes est, iustum est ad omnia promptissime obedire, vobis autem, quem Deus principem et imperatorem Romani orbis exaltavit, cui hominium fecimus, a quo et temporalia possidemus, ad exsequendas omnes iustitias vestras iure tenemur assistere. Nunc ergo sine preiudicio melioris consilii, si placet, scribantur littere domno pape ex persona episcoporum, in quibus commoneatur, ut ea, que ad pacem sunt, vobiscum sentiat et iustitiam vobis in his, que iuste ab eo exiguntur, faciat."

Placuit imperatori et omnibus episcopis, quod dixerat. Et ad voluntatem imperatoris scripta est epistola, signata bullis omnium episcoporum et perlata ad domnum papam. Qui cum legisset epistolam, obstupuit de immutatione episcoporum, quia ipse causam pro eis videbatur sumpsisse, ipsi vero de causa cecidisse. Nec minus tamen in proposito suo perstitit et veniens Veronam, imperatorem legitime citatum pro capitulis suprascriptis excommunicare decrevit. Ad quem accedentes Veronenses dixerunt: „Pater, servi et amici domni imperatoris sumus, rogamus sanctitatem vestram, ut eum in civitate nostra nobis presentibus non excommunicetis, sed hanc sen-

---

päpstlichen Hof gesandten Bischöfen v. Münster u. Asti, den Papst scheinbar günstig zu stimmen; dieser gelobte sogar, Folmar niemals die Weihe zu erteilen. Und Friedrich sandte seinen Sohn Heinrich zur Befreiung des Kirchenstaates dem Papste zu Hilfe. Indes bald darauf gebot Urban III. nicht nur den Städten und Bischöfen Italiens, dem Kaiser im Kriege gegen Kremona keine Hilfe zu leisten, sondern erteilte auch unmittelbar vor der Ergebung Kremonas dem Erzdiakon Folmar die erzbischöfliche Weihe. Zur Strafe hiefür verwüstete Heinrich auf kaiserlichen Befehl die Campagna und liess sich hier huldigen, der Papst selber wurde in Verona eingeschlossen. Auf einem Reichstage zu Gelnhausen, in der zweiten Hälfte des November 1186, wurde der kirchliche Streit zur Beratung gebracht. Von den deutschen Bischöfen hatte Urban III. nur den Erzbischof Philipp v. Köln auf seiner Seite. Als Quellen für diesen denkwürdigen Reichstag dienen der Bericht Arnolds von Lübeck, Chronica Slavorum III, c. 19 und das Schreiben Erzbischof Wichmanns v. Magdeburg u. seiner Suffragane an Papst Urban III. Letzteres gibt Ludewig, Reliquiae diplomatum II, 445—449 nach einem Magdeburger Formelbuch (s. Winter Forsch. z. d. G. X, 642 ff.!) Den Brief überliefert auch, freilich ohne Einleitung und Schluss, Radulfus de Diceto. Zur Emendation des Textes habe ich letzteren mehrfach zur Vergleichung herangezogen. Das Protestschreiben des gesamten deutschen Episcopates, welches Arnold erwähnt, ist nicht auf uns gekommen. Von neueren Arbeiten vergleiche über diesen Reichstag: Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie S. 114—126; Prutz a. a. O. III, 266—270; W. Meyer, Zum Streit Kaiser Friedrichs I. mit Papst Urban III. 1186/87, Forsch. z. d. G. XIX, 59; Nitzsch a. a. O. II, 328 f.; Hefele-Knöpfler a. a. O. V, 730—737.

tentiam respectu nostri servitii in presenti differatis." Qui faciens iuxta petitionem eorum, discessit, et cum in proximo eum excommunicare vellet, morte preventus sententiam distulit, sicque imperator maledictionis iaculum evasit.

b) Schreiben Erzbischof Wichmanns von Magdeburg und seiner Suffragane an Papst Urban III.

(Ludewig, Reliquiae Diplomatum II, 445—449.)

Reverendo et venerabili in Christo patri ac domino Urbano, sacrosancte et universalis ecclesie summo pontifici, W(ichmannus) Dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus cum suis suffraganeis, cum debita subiectione obedientiam. Cum divine dispensationis gratia apostolice sedis antistitem et totius sancte catholice ecclesie pastorem et patrem dignissimum de altitudinis sue consilio vos providerit, universi et singuli, quorum par affectus et eadem vota dinoscuntur, paterne sanctitati vestre cum filiali reverentia tanto devotius assurgimus, quanto amantissimam paternitatem vestram in Deo patre sincera caritate diligimus et iura ecclesiarum prudentie vestre perfectione manuteneri et tranquilliori in dies pace foveri speramus. Inde est, quod habita hinc inde consideratione tam devotionis, quam sancte Romane ecclesie et vestre paternitati tenemur, quam fidelitatis et singularis dilectionis, qua domino imperatori et imperio per sacramentum obstringimur, super discordia, que inter imperium et ecclesiam morbosis cepit radicibus pullulare, intimis anime visceribus conturbamur, non immerito dolentes, duorum gladiorum acies in adversum collidi, quorum mutuis, ut deceret, auxiliis ecclesiarum paci, iusticiis imperii et totius orbis commoditati accuratius fuerat providendum.

Serenissimus quippe dominus noster imperator, princeps christianissimus, celebrata novissime solempni curia, nobis ceterisque imperii principibus, tam clericis quam laicis, magnatibus quoque et universis nobilibus proposuit et graviter conquestus est, quod in ipsa dilectionis fiducia, quam erga personam eius et imperium vos habere confidebat quamque ipse erga personam vestram et sanctam Romanam ecclesiam conceperat firmissime, cum illustrissimum filium suum Romanorum regem augustum, quem tanquam unicum diligit filium, quasi in signum consummate iam pacis, quibuslibet expositum periculis pro defensione ac libertate ecclesie Romane, quanta potuit velocitate transmisit, inimicitias et gravamina adversus eum, quod de vestra michi paternitate minime credidisset, studiosius exercueritis, sicut in facto Cremonensium, quos, cum tanquam bannitos et publicos tunc hostes imperii vestram decuerat reverentiam evitare, familiariter collegeritis, dehortando universas civitates Ytalie ab

afferendo ipsi[a] auxilio et expeditione promovenda, episcopis quoque tam literis quam nunciis sub pena officii et beneficii pariterque anathematis interminatione inhibendo destinctius, ne vel adiutorium facerent vel aliquid secum comparare presumerent.*) Quas profecto litteras quidam ex nobis viderunt et perlegerunt, super facto tanto vehementius ammirati, quanto minus timendum fuerat, sub specie dilectionis inimicitias palliari. Maxime autem et specialiter de facto Treverensis ecclesie**) subiunxit, de quo nec credi potuit nec animo concipi, quod eo nequaquam accepto fine foret concludendum. Nam si secundum ordinationem vestram idem factum inconvulsum permanere deberet, videretur imperium demembrationem et maximam sui iuris diminutionem incurrisse, presertim cum nulla antecessorum suorum ab aliquo antecessorum vestrorum factum fuisse antiquitatis curiosa reportet memoria, quod episcoporum quispiam in regno Teutonico consecrationem prius quam regalia per sceptrum imperiale receperit, quod quidem rationi non derogans in hec usque tempora usus approbatus celebritate conservavit. Sed nec hanc imperii iusticiam infringendam per vos aut aliquatenus permutandam dominus imperator, cum, ut attestatione venerabilium virorum Monasteriensis et Astensis episcoporum et fidelis viri S.***) mandatarii, quos eiusdem verbi sponsores ad eum remisistis, manifestum est, dominum Fulmarum[b] nunquam vos consecraturum in verbo domini firmiter promiseritis. †) Ceterum in archiepiscopatu Mediolanensi iniurias multo ex tempore a vobis imperio factas in publico proposuit. Ea namque sedes, quanto ceteris in Italia maior et excellentior perhibetur, tanto virum prudentem et utilem imperium in ea requirit et necessarium habet. Sed, ut asserit, usum regalium imperio antistitem ecclesie iam pluribus annis denegastis. Adiecit insuper, quantis exacti-

---

a) Ludewig: ipsis. Das Wort fehlt bei Radulf.

b) Ludewig statt d. F.: dum.

*) Urban III. sagt selber in seinem Briefe an Friedrich I. vom 18. Juni 1186 (Reg. Pont. nr. 15634): Eos, qui sibi commissas ecclesias tam indebite conditioni subiicere presumpserunt, auctore domino pastorali officio compescimus.

**) Über die Trierer Doppelwahl vgl. Gesta Treverorum c. 93—100 (M. G. SS. XXIV)! Über deren Glaubwürdigkeit handelt Scheffer-Boichorst a. a. O. Beilage 3.

***) Scheffer-Boichorst a. a. O. S. 88 Anm. 4 vermutet Siegfried von Hersfeld.

†) Gesta Treverorum c. 95: Urbanus in verbo domini iuraverat et per venerabilem Monasteriensem episcopum Hermannum imperatori mandaverat, quod Folmaro nunquam manus consecrationis imponeret, sicut idem episcopus postea coram principibus confessus est.

onum muneribus universe de imperio per vestros ecclesie subiaceant, videlicet ut tam ecclesie quam cenobia, quibus vel panis cottidianus non sufficit, in erogatione pecunie, in pastu familiarum, in stabulatione equorum Romane ecclesie super omnem possibilitatem suam deservire compellantur.*) Hec siquidem et plura his serenissimus dominus noster imperator in facie sollempnis curie nobis ceterisque principibus suis proposuit, ostendens evidenter, quod tales iniurias ad gravamen persone sue et imminutionem honoris imperii nec possit nec debeat sustinere.

Unde et nos, qui de conservando et manutenendo iure et honore imperii imperatori et illustri filio suo, Romanorum regi augusto, per sacramentum tenemur, nichilominus quoque reverende matri nostre sancte Romane ecclesie dilectionis et obedentie debito astringimur et paternam sanctitatem vestram in intimi cordis sinceritate amplectimur, excellentiam vestram obnixe rogantes totius humilitatis et filialis devotionis studio deprecamur, quatinus ad laudem Dei et pacem ac unitatem ecclesie Dei et imperii, que nunc toti mundo desideranda venit et exoptanda, ea, que ad gravamen imperii facta dinoscuntur, quoniam a nobis ea sustineri aut sub silentio preteriri fidei nostre sinceritati nullatenus conveniret, saniori vero expedit consilio, permutari faciatis. Veraciter, si quid a domino imperatore intelleximus et pro ipso testamur, qui paratus est et semper fuit ad faciendam iustitiam et recipiendam et super his, que adversus imperium ecclesia proposuerit, iudicio amicabili [a] componi aut arbitratui bonorum virorum assensum indubitanter prebere. Propter quod honorabiles viros, litterata preditos, prudentia et discretione conspicuos, Woltwinum prepositum, magistrum Andream [b] scholasticum Spirensem et magistrum Ludolfum Magdeburgensem, sanctitati vestre duximus transmittendos, paternam benignitatem vestram propensius exorantes, quatinus consueta apostolice mansuetudinis karitate eos recipere et, que ex parte nostra proposuerint, clementer audire dignemini ac verbis eorum fidem indubitatam adhibere.

---

a) So Radulf. Ludewig: iusticie amirabili.

b) So ist nach Winter zu lesen. Ludewig: Woltwinum prepositum Magdeburgensem, Andream.

*) Ähnliche Klagen S. 110, ferner bei Lambert v. Hersfeld, Gerhoh v. Reichersberg, De investigatione Antichr. I, c. 52—56, Gesta Treverorum c. 92.

LIII. Provinzialfriede für Rheinfranken, Weissenburg 18. Febr. 1179.

(Böhmer, Acta Imperii Selecta I, 139 f., nr. 138.) *)

Fridericus dei gracia Romanorum imperator et semper augustus. Ex debito imperialis officii tenemur per universum imperium nostrum pro necessitate et statu provinciarum pacem ordinare, ordinatam nostra auctoritate confirmare. Cum itaque in prima dominica quadragesime, que fuit XII. kal. Martii, in opido Wizenburc ad faciendas iusticias pro tribunali sederemus, assidentibus nobis principibus [et] nobilibus illius terre, astantibus etiam ministerialibus et provincialibus, cunctisque simul devote postulantibus pacem antiquam a predecessore nostro Karolo **) divo augusto institutam, renovavimus ipsam [et] a proxima pasca ad duos annos inviolabiliter observandam indiximus. Huius autem pacis forma est:

1. Ville, villarum habitatores, clerici, monachi, femine, mercatores, agricole, molendina, villici, qui ad fiscum imperatoris pertinent, venatores et ferarum indagatores, quos weidelude dicimus, omni die pacem habeant, nisi hii, qui laqueos tendunt et conpedes ponunt, qui nullo die aut loco pacem debent habere. ***)

2. Si quis habeat inimicum, quem persequi voluerit, persequatur eum in campo absque dampno rerum suarum aut capiat eum, statim iudici ipsum representans iudicandum.

3. Quod si reus ad aratrum, molendinum seu villam confugerit, firma pace potiatur.

4. Persequi vero inimicum nulli conceditur nisi certis diebus in septimana, videlicet feria secunda, tercia, quarta usque in occasum solis; aliis quatuor diebus plenam pacem habeant.

5. Si quis fugientem inimicum insequitur usque ad villam et inpetu equi, non sua sponte, in villa delatus fuerit, in porta ville lanceam et arma, quibus absolvi potest, abiciat; in villa

---

*) Böhmer gibt die interessante Urkunde nach Hs. Harl. 2800 vol. 2 des britischen Museums. Vgl. über dieselbe Brock, Die Entstehung des Fehderechtes im deutschen Reiche des Mittelalters S. 32 Anm. 3; Küch, Die Landfriedensbestrebungen Kaiser Friedrichs I. S. 56—65; Giesebrecht a. a. O. V, 905 f.

**) Die Berufung auf Karl den Grossen geschah, weil man sich denselben als den Gesetzgeber schlechthin dachte; von seiten Friedrichs ist dieselbe um so begreiflicher, als Karl der Grosse sein Vorbild war.

***) Für die Aufzählung der „villarum habitatores“ und der „villici, qui ad fiscum imperatoris pertinent“ unter den befriedeten Personen findet sich kein anderweitiges Beispiel. Zu den venatores vgl. Elsässer Landfr. Artikel 1 (Bd. 3, Anhang b meiner Sammlung), zu der hinzugefügten Klausel Schwäb. Landfr. Schlusssatz (Bd. 3, Anhang c) und Constitutio de pace tenenda Artikel 14!

autem sacramento asserere tenetur, non propria voluntate, sed inpetu equi villam intrasse, alioquin violator pacis erit.

6. Si quis hanc pacem homicidio infregerit, si capitur, capitalem sententiam subibit.

7. Si aliquem vulneraverit, manus eius amputetur.

8. Si reus perpetrato maleficio effugerit, per trinas quatuordecim dierum inducias citetur.

9. Si venerit, septima manu se expurget, nisi forte occisi vel vulnerati aliquis amicus eum duello super hoc inpetere voluerit.

10. In quo si ceciderit, accusatus de homicidio collo plectatur; de effusione sanguinis accusatus si ceciderit, manum amittat.

11. Si homicida vel vulnerator in facto deprehensus fuerit et pretenderit, quod hoc in defensione vite sue fecerit, cum viris bonis et probatis septima manu se expurget, nisi predicto modo amicus occisi vel vulnerati eum duello convincere voluerit.

12. Si quis aliquem expoliaverit, confessus aut inde convictus ablata integre restituat et iudici componat; si voluerit expurgari, sola manu se expurget.

13. Si malefactores legitime citati ad ternas inducias quatuordecim dierum venire contempserint, ipsi et eorum receptatores seu hospites vel etiam fautores proscribantur, nisi de hoc accusati sola manu se expurgaverint.

14. Iudices malefactorum proscriptores ad presentiam imperatoris debent venire et a sua clementia postulare, ut illos sua proscribat auctoritate.

15. Probabunt etiam cum septem viris, ternas quatuordecim dierum inducias et earum quamlibet eis legitime datas fuisse.

16. Si vero proscripti in proscriptione imperatoris per annum et diem fuerint, exleges erunt et omni iuri de cetero carebunt nec ius aliquod in beneficiis et allodiis habebunt.

17. Taliter proscriptos nec imperator nec iudex alius a proscriptione absolvere debet, nisi prius actori satisfecerit.

18. Violator pacis a iudice citatus ad iudicium veniat cum triginta gladiis tantum nec plures quam XXVIIII, ut ipse sit tricesimus, secum habeat, qui nulla arma preter gladios ferant. In arbitrio iudicis sit, quot homines et que arma habere voluerit. *)

19. Iudices ipsi si aliquem contra huius pacis institutionem leserint vel alicui iniuriati fuerint, de se ipsis iustitiam faciant, alioquin gravatus liberam habeat potestatem super eo querimoniam movendi coram iudici superiori.

20. Si viator equitans necesse habuerit pascere equum suum,

*) Vgl. Constitutio de pace tenenda Art. 15!

pedem unum ponat in via et falce vel cultro, quantum expedit, de frugibus resecet et in via equum suum reficiat et inde nihil de frugibus deferat; gramen non incidat, sed in ipso gramine equum suum, quod satis est, pascat.*) Qui aliter fecerit, pacis violator erit.

21. Rustici et eorum condicionis viri extra villas euntes nulla arma preter gladios ferant; in villis autem neque gladios neque alia arma portent. In domibus autem quelibet arma habeant, ut, si iudex ad emendationem violate pacis eorum auxiliis indiguerit, cum armis parati inveniantur, quoniam in hoc articulo iudicem sequi tenentur pro iudicis arbitrio et rei necesse.**)

22. Si quis in aliqua villa vel in alio loco quam in civitatibus habuerit hominem, quem asserat suum proprium esse vel advocatitium, illius loci iudici querimoniam moveat, iudex conquerenti iusticiam faciat.

23. Si vero iudex illum per vim defendere voluerit, ne domino conquerenti satisfaciat, ipse iudex teneatur actori coram superiori iudice respondere.

[24.] Statuimus etiam et imperiali auctoritate precipimus principibus, nobilibus, liberis et ministerialibus, ut persequantur predones, fures, latrones, falsarios monetarum et qui eos hospitantur, qui dicuntur c e r n.

[25.] I t e m q u a n d a m s e n t e n t i a m a n t i q u a m iustam, sed diu sopitam renovavimus, cuius promulgationi curia nostra a s s e n s u m dedit. Hec autem sententia talis est: Qui nocturna incendia commiserint et ea commisisse non negaverint, omni iure privetur nec in beneficiis sive allodiis aliquod ius obtineat.***)

Hec pacis statuta in his finibus observanda indiximus et extendenda: usque ad pontem Lutherichewilre[a)], ubi finitur episcopatus Spirensis et potestas iurisdictionis langravii in terra Spirchowe, et descendet ultra Musellam usque in terram Meinevelt[b)] et ubi duo episcopatus iunguntur Coloniensis et Trevirensis, hinc usque ad Saram fluvium et ultra Renum, ubi finitur comitatus comitis Bertoldi de Creigowe[c)] et comitis Heinrici de Grezengen[d)], et descensu per totam montanam stratam, que Berstrate nominatur, inde usque Eichenbubel[e)], ubi incipit episcopatus Wirzenburgensis, inde usque ad pontem Fuldensem, ubi finitur

a) Weiler an der Lauter.
b) Maienfeld, das Land zwischen unterer Mosel, Rhein, Nette u. Elz.
c) Kreichgau ö. v. Speier.
d) Grötzingen ö. v. Karlsruhe.
e) Eichenbühl in Unterfranken, ö. v. Miltenberg.
*) Vgl. Elsässer Landfr. Art. 9, Constitutio de pace tenenda Art. 19!
**) Vgl. Constitutio de pace tenenda Art. 12!
***) Vgl. die folgende Constitutio!

comitia comitis Berdoldi de Nouringes[a], et per totam terram Wethereibe, inde per Altitudine[b] in comitatum comitis Heinrici de Dietse[c] et per provinciam comitis Ruoberti de Nassowe, usque ubi finitur archiepiscopatus Coloniensis et Treverensis. et per totam terram Einriche[d] et per totam Ringowiam.[e]

Huius pacis ordinationi et confirmationi testes aderant principes, nobiles, excellentes viri: Cuonradus palatinus comes Reni, comes Emicho de Liningen, comes Symon de Sarbrugge, comes Godfridus de Spanheim, comes Emicho de Bouninburc et frater suus Conradus, Bernardus silvestris comes, comes Theodericus de Merburc, Gerhardus de Schowenburc et frater suus Berdoldus, Godefridus de Horningen et alii quam plures.

Brock bekämpft die Ansicht, dass unter der pax antiqua ein Landfriede zu verstehen sei. Nach ihm kann nur der alte Königsfriede gemeint sein, der von Karl dem Grossen zwar nicht eingeführt, aber doch mit Zusätzen vermehrt und befestigt worden sei. „Das Edikt kann Friedrich aus keinem anderen Grunde für zwei Jahre erlassen haben, als weil er in diesem Lande die Rechte, welche er sonst selbst ausübte, den Grafen für die Zeit übertragen wollte, in der er voraussichtlich mit dem Kampfe gegen Heinrich den Löwen beschäftigt war;“ so erkläre sich auch, warum die Urkunde nur vom Kaiser, den Pfalzgrafen und den beteiligten Grafen unterschrieben worden sei. Indes gegen Brock sprechen die einleitenden Worte (der zweite Satz unserer Urkunde!), gegen ihn spricht die „forma huius pacis“, die mit ihren 23 zum Teil noch überdies den Charakter des Gottesfriedens tragenden Artikeln sich als ein selbstständiges Institut charakterisiert, unmöglich aber mit ganz allgemeinen den Frieden des Reiches anstrebenden Bestimmungen identifiziert werden kann. Ferner sind es nicht bloss die Grafen, die mit der Überwachung des Friedens betraut werden; in dem von Friedrich hinzugefügten Artikel 24 ergeht die Mahnung an die „principes, nobiles, liberi et ministeriales“. Endlich sind nicht bloss Grafen unterschrieben, sondern als Zeugen bei der Aufrichtung des Friedens werden genannt: „principes, nobiles, excellentes viri“. Wir haben ohne Zweifel an die Erneuerung eines älteren indes keineswegs auf Karl den Grossen zurückgehenden — Provinzialfriedens zu denken, welche unter der Autorität des Kaisers erfolgt ist (vgl. meine Einleitung zu nr. XXXII!); dieser Provinzialfriede trägt in seinen Bestimmungen den Charakter des Gottes- u. Landesfriedens an sich. — Daraus, dass unsere „pax antiqua“ einerseits dieselben befriedeten Tage aufweist, wie der Mainzer Gottesfriede des Jahres 1085 (s. Bd. 3, nr. XVII meiner Sammlung!), andererseits noch keine Strafe festsetzt gegen Diebstahl, wie sie zuerst in der Mainzer Reichsfriedenseinigung des Jahres 1103 (s. Bd. 3, nr. XVIII!) auftritt, folgert Küch, der rheinfränkische Landfriede sei zwischen 1085 und 1103 entstanden. Auch ist er geneigt, denselben mit dem im Jahre 1093 zunächst von den Herzögen Berthold von Schwaben und Welf von Bayern und den schwäbischen Grossen errichteten Landfrieden in Zusammenhang zu bringen.

a) Nüringen in der Wetterau, nw. v. Frankfurt.
b) Die Höhe, Ostseite des Taunus.
c) Diez a. d. Lahn, w. v. Limburg.
d) s. d. unteren Lahn.
e) Rheingau.

LIV. Constitutio contra incendiarios, 30. Dezember 1188.

(Mon. Germ. legg. II, 183—185.*)

[Chronicon Urspergense ad annum 1187: Eo anno Fridericus imperator, iam cruce signatus, conventum principum apud Nurinberc coadunavit, ubi de pace terrae disposuit et in litteras redigi iussit, quas litteras Alamanni usque in presens fridebrief, id est litteras pacis, vocant, nec aliis legibus utuntur; sed nec eisdem recte utuntur, tanquam gens agrestis et indomita. Quarum tenorem huic operi duximus inserendum, quatenus saltem lex tam decurtata non pereat de hominum memoria.]

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Decet felicitatis [a] nostrae tempora, generali populorum provintiarum tranquillitati circumspectionis nostrae studio provideri, ut, dum in subiectis dominationis virtute pollemus, reprobos quoslibet ac scelerosos a subditorum iniuriis aequitatis nostrae correctione compescamus. Considerantes quippe, quae dampna quantaeque desolationes hominum et provintiarum per seditiones et incendia provenerint et quantos praeterea [b] futurorum timores reportent, ea, quae de coniventia [c] et consilio principum et aliorum fidelium nostrorum, tam liberorum quam ministerialium, ad reprimendas incendiariorum insolentias imperialis nostra sanxit auctoritas, universis imperii fidelibus nota [d] fieri volumus et, sicut in castro nostro Nuorinberc ordinata et confirmata sunt, firmiter indicimus observanda.

1. Primum igitur de incendiariis dicimus generaliter [e], ut, si liber homo, ingenuus, ministerialis, vel cuiuscunque fuerit conditionis, incendium commiserit pro werra propria, pro amico, pro parente vel causae cuiusquam alterius occasione, de sententia et iuditio imperiali proscriptioni statim habeatur subiectus.

2. Hic excipiuntur, si qui forte manifesta werra castra manifeste capiunt, et si qua ibi suburbia aut stabula aliave tuguria praeiacent, igne succendunt. [f] Excipiuntur et iudices, quos in malefactores incendii penam, iustitia permittente, exercere contingit.

---

a) So emendiert Pertz. Sämtliche 3 Überlieferungen: fidelitati. b) So U u. V; M: praeterita. c) M: conueniencia; U: conscientia. d) M: notum. e) So V; U statt dicimus, demandamus. M: Primum sit de incendiariis dominis generale. f) So U u. V; M: si quis f. m. w. castrum capit et si quis i. s. a. s. a. t. praeiacentia i. succendat.

*) Die Urkunde ist überliefert 1. im Liber traditionum magnus Chunradi Frisingensis saec. XII, daraus gedruckt bei Meichelbeck, Historia Frisingensis I b („Pars instrumentaria") pag. 567 (= M); 2. im Chronicon Urspergense ad ann. 1187 (= U); 3. in einem Codex Palatinus Vindobonensis in Catalogo iuris civilis nr. 18 fol. 196 saec. XIII (= V). Ich habe, wie Pertz, Überlieferung 1 meinem Texte zu Grunde gelegt, die beiden anderen Überlieferungen zur Vergleichung herangezogen, um erstere zu verbessern. — Über die Urkunde haben gehandelt: Scheffer-Boichorst, Kaiser Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie S. 240, Regest 86; Brock a. a. O. S. 33 f. Anm. 4; Küch a. a. O. S. 70—77.

3. Quod si aliquis in ducatu alicuius incendium fecerit, ipse dux proscriptum nostrum eum pronuntiet ac deinde iustitiae suae auctoritate eum proscribat. Idipsum faciant marchiones, palatini comites, landgravii et comites alii, nec alicui eorum liceat talem absolvere, nisi domino imperatori.*)

4. Quicunque etiam incendiarium in domo sua scienter receperit[a] et consilium auxiliumve ei impenderit, dampnum et iniuriam passo pro facultate sua restituat; iudici vero decem libras monetae de illa diocesi, in qua commissum est, persolvat ac domino imperatori pro voluntate et gratia sua componat.

5. Si quis autem super hac culpa innocentiam suam ostendere voluerit, cum duobus viris veracibus in praesentia iudicis se expurget.

6. Si quis autem cuiquam imposuerit, quod incendiarium receperit, et de hoc ipsum in iure voluerit convenire, hoc nequaquam ei liceat, nisi praestito primo calumpniae sacramento.

7. Dominus etiam imperator proscriptorum neminem a sententia proscriptionis absolvat, nisi de illatis[b] primo dampnis cum iniuriato componat et nisi consentiente iudice hoc faciat.**)

8. Proscriptum vero, quem pro incendio sententiam proscriptionis incurrisse omnibus notorium fuerit, diocesanus episcopus, si ad satisfactionem inobediens extiterit, a communione ecclesie Dei et fidelium Christi abiciat et extraneum reddat nec eum absolvat, quoadusque laeso dampnum restituat; et e converso, quem episcopus legitimis induciis citatum iustitia dictante excommunicaverit et hoc iudici insinuaverit, iudex eum banno proscriptionis condempnet nec prius eum absolvat, quam coram episcopo de his, pro quibus condempnatus est, satisfaciat.

9. Quod si a proscriptione illa praedicto modo fuerit absolutus et episcopo suo voluerit obedire, incendium primum abiuret; deinde sit in arbitrio episcopi, qualem ei penam iniungat, visitandi videlicet sepulchrum Domini aut limina Iacobi apostoli.

10. Si autem proscriptus eo, quo dictum est, modo desideraverit absolvi, domino imperatori fines imperii sui per annum et diem abiuret.

11 Si quis autem a proscriptione et excommunicatione simul infra annum et diem non fuerit absolutus, universo iure et honore et legalitate sua privatus habeatur, ita ut in ferendo testimonio vel ad causandum de cetero nequaquam sit admittendus. Omni quoque feodali iure perpetuo carebit.

12. Item si in reisa alicuius domini cum ipso domino, cuius

---

a) M: recipit. b) V: ill::etis. M u. U: illicitis.
*) Vgl. Provincialfriede für Rheinfranken Art. 14!
**) Vgl. Provinzialfriede für Rheinfranken Art. 17!

est reisa, aliquis fuerit, qui incendium, ut sepius contingit,[a] faciat, dominus ipse, cuius est reisa, iurabit super reliquias, quod non fecerit conscientia, voluntate vel mandato suo; reum autem abiciet[b] a se et nunquam recipiet; quod si postea illum ante satisfactionem receperit, tenetur universum dampnum, quod ille[c] commisit, restituere.

13. Item si contingat dominum aliquem in villa aliqua hospitari violenter et fortuitu evenerit domum aliquam incendi et ille, cui fit dampnum, dominum inpetierit, quod mandato vel voluntate ipsius factum sit, primum praestet sacramentum calumpnie; deinde dominus expurget se sola manu, quod voluntate, mandato suo vel conscientia sua factum non fuerit, et dampnum damnificato restituat.

14. Item si incendiarius captus fuerit et coram iudice negare voluerit incendium se commisisse, nisi forte notorium per provintiam fuerit, iudex si possit eum cum septem idoneis testibus convincere, capite plectatur. Sed si notorium est, nullius requirendum est testimonium, sed statim decollandus.

15. Item si castellani alicuius domini descendentes a castro domini sui incendium fecerint, domino absente a provintia, castrum domini propter hoc non erit comburendum, sed bona incendiariorum, quaecumque extra castrum reperta fuerint, comburantur. Post reversionem vero domini, si dominus incendiarium retinere voluerit et a se non pepulerit, castrum eius similiter erit comburendum.

16. Item si proscriptus propter incendium in aliquam domum confugerit, de qua non possit haberi, nisi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis pro incendiario reputandus, sed dampnum pro incendio restituere debet.

17. Item si incendiarius super castrum aliquod agitatus confugerit et domini, cuius est castrum, fortassis dominus vel vassallus vel consanguineus fuerit, dominus ille non debet eum persequentibus repraesentare, sed iuvabit eum a castro in silvam vel alias, ubi securus sibi videatur.[d] Quod si nec dominus nec vassallus nec cognatus fuerit, persequentibus eum statim repraesentet vel cum eo in eadem culpa sit.

18. Statuimus etiam[e] et eodem firmiter edicto sancimus, ut, quicumque[f] alii dampnum facere aut ipsum ledere intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuntium suum diffiduciet eum.

19. Quod si lesus diffiduciatum se fuisse[g] negare voluerit,

---

a) M: contigit. b) M: aproiciet. c) fehlt bei M. d) M: securus sit iudicatus. e) M: quin. f) M: quisquis. g) fehlt bei M.

nuntius idem, si vivus est, iuret, quod contradixerit ei ex parte domini sui, loco et tempore designato.

20. Si mortuus est nuntius, iuret dominus, iunctis sibi duobus veracibus viris, quod contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis possit inculpari.

21. His sancientes adicimus, ut, quicumque [a] treugas alicui dederit, nisi ibidem exceptum fuerit et determinatum, quo tenore servet vel non servet eas, contradicere eas [b] ante terminum statutum nequaquam possit. Quod si fecerit, ut [c] violator fidei iudicetur.

22. Item quicumque [a] nuntium aliquem pro eo, quod contradicturus mittitur, laeserit, fidem suam violavit et de cetero omni honore suo carebit, et in posterum nullus ei contradicat.

23. De filiis quoque sacerdotum, dyaconorum ac rusticorum statuimus, ne cingulum militare aliquatenus assumant, et qui iam assumserunt, per iudicem provintiae a militia pellantur.*)

24. Quod si dominus alicuius eorum in militia eum contra iudicis interdictum retinere contenderit [d], ipse dominus in 10 libris iudici condempnetur; servus autem omni iure militiae privetur.

25. Item si quis comes post iudices statuat, imperatori 30 libras solvat; post iudex [e] 10 libras.

26. Statuimus etiam, ut, si quis vineas aut pomaria [f] exciderit, proscriptioni et excommunicationi incendiariorum subiciatur.**)

Ut autem haec tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat et eo, quo edicta est tenore, inconvulsa consistat, eam legibus praedecessorum nostrorum imperatorum atque regum iussimus interseri et perpetuo iure servari. Cui si quis ausu temeritatis contraire praesumserit, Dei omnipotentis et nostrae perpetuo sit reus indignationis. Fiat, Fiat. Amen.

Actum Nurembere in praesentia principum, consilio [g] et consensu eorum, anno dominicae [g] incarnationis 1187, indictione VI. IIII. kalendas Januarii. [h]

Scheffer-Boichorst setzt die Urkunde zum Jahre 1186 und liest 1187 (in der kaiserlichen Kanzlei begann das Jahr mit dem 25. Dez.!) indict. V. IIII. Kal. Jan. Als Gründe führt er an: 1. Am 25. Dez. 1187 war der Kaiser noch zu Trier, konnte also schwerlich schon am 30. in Nürnberg gewesen sein; 2. Am 5. März 1187 bestätigt der Kaiser eine Schenkung, welche Wichmann v. Magdeburg „coram nobis in solemni curia nostra Norinberch" gemacht hat. In diesem Hoftage zu Nürnberg vermutet er den in unserer Urkunde bezeichneten. Dem gegenüber betont Küch mit Recht, dass nach

a) M: quisquis. b) fehlt bei M; U: eis. c) fehlt bei M. d) M: contendit. e) Pertz vermutet iudici. f) M: pomeria. g) fehlt bei M. h) U: 1187 III. kal. Jan. (ohne Indiktion); V: ind. VI. III. kal. Januar.

*) Vgl. Constitutio de pace tenenda Art. 10!

**) Vgl. Elsässer Landfriede Art. 9!

der Ursperger Chronik der Kaiser das Gesetz erlassen habe „iam cruce signatus“, und nimmt als Tag des Erlasses den 30. Dezember 1188 an. Auch ich datiere 1189 indict. VII. III. kal. Jan. Paläographisch lässt sich diese Datierung ebenso gut rechtfertigen wie die von Scheffer-Boichorst, in das Itinerar Friedrichs fügt sie sich fast besser.

Brock a. a. O. versucht darzuthun, dass es in Deutschland bis auf Friedrich Barbarossa kein gesetzlich anerkanntes Fehderecht gegeben, dass dieses vielmehr erst durch Artikel 18 unserer Urkunde Geltung erlangt habe. Allein in der Mainzer Reichsfriedenseinigung von 1103 (Bd. 3, nr. XVIII) heisst es: „Si via occurrerit tibi inimicus tuus, si possis illi nocere, noceas; si fugerit in domum vel in curtem alicuius, illesus maneat“; Artikel 2 des unter kaiserlicher Autorität erneuerten rheinfränkischen Landfriedens aber lautet: „Si quis habeat inimicum, quem persequi voluerit, persequatur eum in campo absque dampno rerum suarum.“ Diese beiden Artikel setzen ein bereits früher bestehendes Fehderecht voraus. Dass unser Gesetz eine so einschneidende Verfassungsänderung, wie Brock vermutet, geben will, lässt sich weder mit den einleitenden Worten, noch mit der Zeit und den Umständen des Erlasses vereinbaren. Artikel 18, wie Artikel 19, 20, 21 u. 22 bezwecken lediglich, das thatsächlich bestehende Fehderecht in geregeltere Bahnen zu lenken. Friedrich II. hat darauf weiter gebaut.

Mit der Mainzer Reichsfriedenseinigung vom Jahre 1103 lässt sich unser Gesetz ebenso wenig in eine Reihe stellen, wie die Constitutio de pace tenenda. Dasselbe will hauptsächlich allgemeine, für das ganze Reich giltige Strafbestimmungen geben, durch welche der Ausartung des Fehdewesens gesteuert werden soll.

LV. Constitutio de expeditione Romana.

(Cod. lat. Monacensis 5260 = Chiems. can. 10 membr. 8⁰ saec. XII.)*)

In nomine sancte et individue trinitatis. Karolus divina favente gratia rex Francorum et Romanorum. Si predecessorum nostrorum morem sequimur, non solum presentibus, sed et succedentibus subvenire nitimur. Hac de causa universorum cognoscat experientia, qualiter, dum pro nostra consecratione coroneque perceptione proficiscendi tempus ad apostolicam sedem instaret, cum quam multis principibus annum Wormatie transegimus ibique omnem reipublice statum utilem et honestum confirmare, nocivum atque contrarium radicitus exstirpare decrevimus. Interim, dum hec agerentur, casu contigit principes cum militibus de Ro-

*) Für die Constitutio sind bis jetzt folgende Überlieferungen bekannt: 1. a) Cod. lat. Mon. 5260 = Chiems. can. 10 membr. 8⁰ saec. XII ex. (der Codex enthält die leges Baiuwariorum, am Schlusse ist die Constitutio angereiht), b) Cod. lat. Mon. 3519 = August. civit. 18 membr. 4⁰ saec. XII (der ganze Codex ist eine Abschrift des vorausgehenden); 2. Cod. lat. Mon. 5254 = Chiems. can. 4 membr. 2⁰ saec. XII—XIII (der Codex enthält die sermones S. Bernhardi, am Schlusse die Constitutio); 3. Cod. Sanctae — Crucis nr. 82 membr. 2⁰ saec. XIII (letztes Blatt! s. Archiv der Gesellschaft f. ä. d. G. X, 596!); 4. Cod. Claustro-Neoburgensis nr. 260 (s. Mone, An-

mana expeditione, que tunc instabat, acerbe contendere, constringentes eos multo plures halspergas de beneficiis suis sibi ducere, quam illi faterentur se posse vel iure debere. Sed quoniam hoc non ab aliquo antecessorum nostrorum terminatum fuerit[a], dignum duximus[b], ut eorum altercationi finem et modum imponeremus atque decretum et certam aliquam legem super omni Romana expeditione concederemus.

1. Statuimus ergo et decrevimus cum consensu tam[c] spiritualium quam secularium principum ibidem nobiscum assidentium, quando pro corona nostra vel aliqua[d] regni utilitate aut honore Romana expeditio a nobis vel a successoribus nostris preparetur, ad omnium nobiscum euntium preparationem annus cum VI ebdomadibus pro induciis detur et taliter per totum regnum fidelibus nostris indicetur.*)

---

zeiger 1838 S. 346!); 5. a) Codex bibliothecae universitatis Giessensis nr. 176 saec. XV ex. = Senkenberg nr. 42 (der aus Ulm stammende Codex enthält die Gesta Friderici, am Schlusse die Constitutio), b) Cod. bibliothecae principis Thurn et Taxis Ratisponensis nr. 182 saec. XVI inc. (der aus Kloster Neresheim in Württemberg stammende Codex ist eine Abschrift des vorausgehenden); 6. Kopialbuch v. Reichenau = Repertor. Reichen. 373 saec. XVI ex. fol. 5—7 im Generallandesarchiv zu Karlsruhe (die hier befindliche Abschrift der Constitutio ist nach Scheffer-Boichorst auf Grund des angeblichen Originals gefertigt). 1 a ist zuerst publiziert worden Mon. Boic. II, 372. Pertz (M. G. legg. II, p. II, 3 f.) gibt den Text nach 1 a und fügt in den Anmerkungen die Varianten von 1 b und 5 a hinzu. Ich habe die drei Münchener Codices neuerdings verglichen und gebe auf Grund dieser Kollation den Text ebenfalls nach 1 a, in den Anmerkungen aber die Varianten von 2; 1 b hat keinen selbständigen Wert. Zugleich verzeichne ich die Varianten von 5 a und 6, soweit erstere Pertz, letztere Scheffer-Boichorst mitteilen. — Über die Constitutio vgl. Ficker, Über die Entstehungsverhältnisse der Constitutio de expeditione Romana, Wiener Sitzungsberichte phil.-hist. Kl. LXXIII (1873), 173—220 (auch Separatabdruck!); Waitz, Über Zeit und Heimat der sogenannten Constitutio de expeditione Romana, Forsch. z. d. G. XIV, 31—36; Scheffer-Boichorst, Die Heimat der Constitutio de expeditione Romana, Zeitschr. f. G. d. Oberrheins, N. Folge Bd. III (1888), 173—191. Diese Abhandlungen beschäftigen sich mit Zeit, Örtlichkeit und Ursache der Entstehung der Constitutio. Über die einschlägigen staatsrechtlichen Fragen vgl. ausser Waitz, Verfassungsgeschichte VIII, 160 ff., Weiland, Die Reichsheerfahrt v. Heinrich V. bis Heinrich VI. nach ihrer staatsrechtlichen Seite, Forsch. z. d. G. VII, 113 ff.; Rosenhagen, Zur Gesch. der Reichsheerfahrt v. Heinrich VI. bis Rudolf v. Habsburg.

a) 2: fuit. b) 5 a: duximus dignum. c) 6: consensu omnium tam. d) 6: vel pro aliqua.

*) Weiland a. a. O. S. 134 will daraus, dass die Kaiserfahrt Heinrichs VI. wirklich genau auf 1 Jahr und 6 Wochen angesagt worden, dieser Termin aber bei keiner anderen Kaiserfahrt der von ihm untersuchten Periode zutrifft, schliessen, dass die Constitutio unter der Einwirkung dieses bestimmten Falles fabriziert worden sei. Ficker a. a. O. aber macht darauf aufmerksam, dass auch bereits die Kölner Dienstrechte die Vorschrift, dass eine Romfahrt „ante annum et diem“ angesagt sein solle, kennen. Die Bestimmung hat

2. Cuicumque autem secundum hanc legem eadem expeditio imperetur, si ad curiam Gallorum, hoc est in campum qui vulgo Rungalle dicitur, dominum suum non comitetur et ibi cum militari apparatu non representetur, feodo preter hos, qui cum gratia dominorum suorum remanserint, in conspectu nostro absque spe recuperationis privetur. *)

3. Qui [a] autem per hominium, sive liberi sive famuli [b] **), dominis suis adheserint, quot [c] decem mansos in beneficio possideant [d], tot brunias cum duobus scutariis ducant, ita tamen, ut pro halsperga ***) tres marcas et pro singulis scutariis singulas marcas accipiant: et sic eundo ac redeundo cum hoc stipendio [e] sine omni dominorum dampno vel expensa, nisi quantum ipsis dominis placuerit, fideliter serviant.

4. Si autem forte, quod absit, accidat, ut idem milites diversos dominos propter diversa beneficia acquirant, ne aliquod beneficium indebitum vel sine servitio remaneat, singuli singula debita singulis [f] dominis persolvant, videlicet quantum ab ipsis, si irent, accepturi erant, tantum se daturos cognoscant vel in prefato loco, ut dictum est, feodum amittant, nisi aliqui a nobis vel a regno sint inbeneficiati; hi si nobiscum vadant, nolumus ut feodum amittant, set stipendia nisi voluntate dominorum non pretermittant.

5. Similiter de ecclesiarum filiis vel domesticis, id est mini-

in den späteren Rechtsbüchern Aufnahme gefunden. Sächs. Lehenr. art. 4 § 1, 2, 3: „Ok sal da varen iegelik man mit sime herren, di des rikes gut to lene hevet, oder he sal die vart losen mit deme tegeden punde, dat he iarlikes von ime hevet. Disse hervart sal man ok gebieden vore ses weken unde en iar unde dre dage er der samenunge, unde die hervart lent den düdischen alse die koning gewiet is.“ Thatsächlich erfolgte aber die Ansetzung des Termins nach dem Belieben des Königs.

a) 2: Quicumque. b) 6: sive liberi sive servi seu famuli. c) 2: quod. d) 2: possideat. e) 1a: stupendio. f) 6: debita stipendia singulis.

*) Vgl. Otto Fris. Gest. II, c. 12, S. 86 meiner Sammlung!

**) Nach Ficker handelt es sich hier um die Unterscheidung zwischen freien und unfreien Vassallen; die letzteren sind ihm Ministerialen, die neben ihrem Dienstherrn einem fremden Herrn durch Homagium verpflichtet sind, indem sie ein Mannslehen von ihm haben. Scheffer-Boichorst hingegen versteht unter beiden Ministerialen, teils freier, teils unfreier Geburt, die durch das Homagium als höhere Klasse sich unterscheiden von den später erwähnten „ecclesiarum filii vel domestici“, einer Ministerialität niederer Ordnung, die aber noch immer zum Ritterdienst verpflichtet ist.

***) Ficker macht einen Unterschied zwischen brunia und halsperga; jene bezeichnet ihm die ältere u. leichtere, diese die jüngere und schwerere, auch kostbarere Bepanzerung. Nach Waitz sind beide Wörter ebenso gleichbedeutend, wie beneficium u. feudum, marca u. libra. Während ferner Ficker in dem scutarius den Leichtbewaffneten erkennt, der ausser dem Schilde keine Schutzwaffe trägt, bezeichnet nach Waitz scutarius dasselbe, wie loricatus, den reisigen Mann; die einzelne Schutzwaffe steht für die ganze Rüstung.

sterialibus vel quorumcunque principum clientela, qui cottidie ad serviendum parati esse debent, statuimus, ut quicunque V mansos in beneficio possideant[a], domino suo, ad quem pertinent, bruniam cum uno scutario ducant.[b]

6. Et hoc in arbitrio dominorum pendeat, quos ducant, a quibus stipendia accipiant, quibus[c] halspergas concedant.

7. Ipsis etiam ad itineris preparationem V libre sue monete in stipendium tribuantur, et duo equi, unus currens, alter ambulans, addantur, ac duobus sociis soumarius victilibus[d] bene oneratus committatur, qui ab ipsis ad opus dominorum diligenter custodiatur.

8. Ipsi quoque in dominorum tamdiu vivant procuratione, quamdiu in incepta vadant expeditione.

9. Et quicquid a rebellibus regnis[e] pugnando acquisierint, partes duas[f] ad dominos deferant, terciam sibi pro consolatione retineant. Quos autem non pascunt domini, ad ipsos reportent terciam partem sui acquisiti.

10. Singuli vero principes suos habeant officionarios[g] speciales, marscalcum, dapiferum, pincernam et kamerarium. Qui IIII, quanto plus sunt laboraturi, tanto plus in stipendio, in vestitu, in equitura[h] pre ceteris sunt honorandi, scilicet unicuique[i] istorum X libre cum tribus equis tribuantur, quartus marscalco addatur, quorum unum ad precurrendum, alterum ad pugnandum, tercium ad spatiandum, quartum ad loricam portandum.

11. Isti vero tales remanere cupientes, si apud dominos impetrare valeant, quot mansos possideant, tot libras sue monete vel totum fructum feodi in illo anno pro stipendio persolvant.

12. Ut autem nostrum[k] imperium ab omnibus habeat supplementum, hoc constituimus et firmiter precipimus, ut singuli buringi[l] decem cum XII funibus de canapo[m] solidos dominis suis impendant et insuper soumarium cum capistro[n] concedant, quem, si domini voluerint, ipsi ad primam navalem aquam usque perducant. Mansionarius V solidos, absarius XXX denarios, bunuarius[o] XV, quorumlibet larum[p] possessores VI suppleant.

Et ut hec nostri decreti auctoritas inviolabilem et incorruptam in dei nomine apud omnes successores nostros obtineat emunitatem, cunctis principibus, qui aderant, astipulantibus manu propria subter eam roborare decrevimus et anuli nostri signo assignari iussimus.

Signum Karoli (L. M.) gloriosissimi regis. Hernustus notarius

a) 2: possideat. b) 2: ducat. c) Pertz: quibus etiam. d) 2 u. 6: victualibus. e) 5a: regni. f) 2 u. 6: duas partes. g) Pertz: officinarios. h) 2: equitatura. i) 5a: scilicet et unicuique. k) 6: U. a. regale n. l) = burgenses. m) Hanf. n) Halfter. o) mansus = Hufe, absa und buinarium kleinere Feldmasse. p) 5a: larium.

ad vicem Lutwardi cancellarii recgnovi. Data VIII. idus Junii. Anno ab incarnatione[a] domini nostri Jesu Christi dccxc, regni autem eius[b] XXII. Ante consecrationem[c] actum Wormatie feliciter. Amen.

Allgemein wird jetzt zugegeben, dass die Constitutio nicht ein Gesetz Karls des Grossen, überhaupt nicht offiziellen Ursprungs, sondern die Arbeit eines Privaten ist, der die für eine Reichsheerfahrt nach Italien zu seiner Zeit thatsächlich geltenden Bestimmungen über die gegenseitigen Pflichten des Mannes und seines Herrn niedergeschrieben und in die Form eines Gesetzes gebracht hat. (Später hat sie freilich die Geltung eines Reichsgesetzes erlangt.) Auch darüber herrscht seit der Edition von Pertz fast allgemeine Übereinstimmung, dass die Constitutio in der uns vorliegenden Fassung in den späteren Zeiten des 12. Jahrhunderts entstanden ist. Ficker a. a. O. hat einzelne Ausdrücke namhaft gemacht, welche durch die besondere Bedeutung, in der sie hier gebraucht werden, für die Entstehung der Constitutio in den späteren Zeiten des 12. Jahrhunderts sprechen: den Ausdruck principes als stehende Bezeichnung der Reichsvassallen im Unterschiede von den milites, den Reichsaftervassallen, die Unterscheidung von freien und unfreien Vassallen (s. oben!), den scharf begrenzten Gebrauch des Ausdrucks „ministeriales" für die Klasse ritterlicher Unfreier, dazu die Bestimmung betreffs der vier Hofämter, welche nach Ficker als ein wesentliches Kennzeichen des erst unter Friedrich I. hervortretenden neuen Fürstenstandes erscheinen. Waitz a. a. O. hat in demselben Sinne aufmerksam gemacht auf den Ausdruck „expeditio Romana", der in einem echten Aktenstücke nicht vor dem Jahre 1154 vorkomme, ferner auf die Worte: „feodo preter hos, qui cum gratia dominorum suorum remanserint, . . . privetur", welche Otto Fris. Gesta II, c. 12 (s. oben S. 85) entlehnt seien.

Freilich hat Ficker noch überdies annehmen zu müssen geglaubt, dass der gegenwärtigen Fassung der Constitutio eine gereimte Vorlage zu grunde liege, welche noch nicht die Form einer königlichen Willensäusserung gehabt, sondern nur das thatsächlich geltende Recht verzeichnet habe und wahrscheinlich in Lothringen in der ersten Hälfte des 11. Jahrhunderts entstanden sei; er basiert dabei hauptsächlich auf der Unterscheidung zwischen leichter und schwerer Bepanzerung, brunia und halsperga — im 12. Jahrhundert sei von der lorica schlechtweg die Rede —, auf der Erwähnung der scutarii, worin er die Bezeichnung für Leichtbewaffnete erblickt — im 12. Jahrhundert aber hätten die Leichtbewaffneten keine Bedeutung mehr gehabt —, auf der Verpflichtung des Herrn zur Stellung zweier Pferde für den Ministerialen, auf der Verpflichtung des Ministerialen zur Überwachung des Saumpferdes des Herrn, woraus im 12. Jahrhundert eine Verpflichtung des Herrn zur Stellung eines Saumpferdes für je zwei Ministerialen geworden sei.

Über die Örtlichkeit der Entstehung der Constitutio sind ganz verschiedene Ansichten laut geworden: Ficker lässt die Vorlage in Lothringen entstehen, die Überarbeitung aber in Schwaben oder Elsass geschehen, Waitz suchte die Heimat in Bayern und zwar in Chiemsee, Scheffer-Boichorst im schwäbischen Kloster Reichenau. Waitz begründet seine Vermutung damit, dass die Heimat der Handschriften auf Bayern hinweise, dass die in der Constitutio vorkommenden Ausdrücke „domestici" und „ecclesiarum filii" in Urkunden Freisings und des bayerischen Klosters Garsten sich fänden. Waitz

---

a) 2 u. 6: anno incarnationis. b) 5a: nostri. c) 5a: anno consecrationis XXI.

gegenüber wendet Scheffer-Boichorst ein, dass keines der in Frage kommenden bayerischen Klöster damals Reichsabtei, zur Teilnahme an einer Reichsheerfahrt verpflichtet gewesen sei, keines derselben also einen Anlass zu einer derartigen Fälschung gehabt habe, dass die Heimat der Handschriften in Wirklichkeit ebenso gut nach Schwaben verweise. Zur Begründung seiner Vermutung führt er Folgendes an: 1. In den Urkunden Reichenaus finden sich die „domestici“ und lässt sich das Wort „bunnuarium“ nachweisen; hier wird man ebenso gut, wie in dem nahen St. Gallen, die „buringi“ gekannt haben. 2. Die Rekognition der Constitutio ist einer echten Urkunde Karls des Dicken vom Jahre 877 oder 878 entlehnt. Die erhaltenen Diplome Karls des Dicken aus diesen Jahren sind für Andlau, St. Gallen u. Reichenau ausgestellt; ersteres kommt als Frauenkloster nicht in Betracht, gegen St. Gallen spricht die Bestimmung „ad primam navalem aquam usque perducant“. 3. In Reichenau wurde das Fälschen von Urkunden in besonders ausgedehntem Maasse betrieben; hier wurden namentlich zwei solcher Fabrikate auf den Namen Karls des Grossen getauft und doch mit Rekognitionen Karls des Dicken versehen. 4. Eine Eigentümlichkeit, welche mehreren der Reichenauer Fälschungen, aber auch echten von Reichenauer Äbten ausgestellten Urkunden gemeinsam ist, kehrt in der Constitutio wieder, eine sehr ungeregelte Reimpoesie. Scheffer-Boichorst führt mehrere Beispiele teils von im 12. Jahrhundert gefälschten, teils von damals wirklich ausgestellten Urkunden an, namentlich zwei von Äbten der Reichenau in den Jahren 1142 und 1163 erlassenen Urkunden. Der Schreiber der beiden letzteren nennt sich das erstemal: „U(dalricus) indignus presbyter et armarius et scholasticus,“ das zweitemal: U(dalricus) presbyter indignus, custos ecclesiae, scholarum magister.“ Sch. vermutet, dass dieser bei den Reichenauer Fälschungen des 12. Jahrhunderts zum wenigsten mitgewirkt, wenn nicht gerade die Feder geführt habe. 5. Dass mit den letztgenannten zwei Urkunden und den erwiesenen Reichenauer Fälschungen des 12. Jahrhunderts die Constitutio ein und denselben Verfasser gehabt, das bekunden auch noch sprachliche Übereinstimmungen; die Ausdrücke „absque spe recuperationis“, „habeat supplementum“, „regale imperium“ kehren in jenen wieder. 6. Aus der Art der Überlieferung ergibt sich, dass Reichenau das angebliche Original besessen; als Karl Brantz 1593 in dem (oben genannten) Reichenauer Kopialbuche die Urkunden des Klosters verzeichnete, muss es noch vorhanden gewesen sein. 7. Der Zweck der Constitutio, Rechte und Pflichten der Ministerialität festzustellen, setzt eine gewisse Widerspenstigkeit und Zügellosigkeit der Dienstmannen voraus; diese Voraussetzung trifft bei der Reichenauer Ministerialität in besonders hohem Grade zu. Die andere Voraussetzung, wonach der Fürst, für den die Urkunde fabriziert wurde, zu jener Zeit mehrfach über Berg fahren musste, trifft bei Reichenau ebenfalls zu; das Kloster beansprucht Freiheit von jeder Reichsheerfahrt „sola Romana expeditione excepta“.

Jahrbuch für Münchener Geschichte, begründet und herausgegeben von Dr. Carl von Reinhardstöttner und Dr. Carl Trautmann. I. Jahrg. 1887. 8⁰. 524 S. ℳ 8.—.

— — — II. Jahrgang. 1888. 502 S. ℳ 8.—.

„Münchener Neueste Nachrichten" 1887, Nr. 247: „Wir begrüssen mit froher Genugthuung ein Unternehmen, das eine bisher peinlich empfundene Lücke ausfüllen wird. . . . Unsere kurze Aufzählung der Bilder wird wenigstens einen Schluss auf den Reichtum der Galerie ermöglicht haben. Möge nun auch das Münchener Publikum dem „Jahrbuch" die verdiente Teilnahme zuwenden."

Beilage zur **„Augsburger Postzeitung"** Nr. 39, 17. September 1887: „. . . . Wenn ich den ersten Band davon durchblättere, so wird von Aufsatz zu Aufsatz der Gedanke immer lebendiger in mir: Die Gründung dieses Jahrbuches zählt zu den besten Gründungen auf dem Gebiete bayrischer und speziell Münchener Historie. . . . . Schon das blosse Verzeichnis der Mitarbeiter des ersten Jahrganges flösst Vertrauen ein. Es sind durchwegs historische Fachleute, die dem jungen Unternehmen ihre Federn geliehen haben, und fast ausnahmslos sind sie bewährte Veteranen ihrer Wissenschaft. Und wer den einen oder den anderen der Herausgeber kennt, der kann nur wünschen, dass die Redaktion auf recht viele Jahre hinaus in den Händen der Männer ruhen bleibe, die mit dem wärmsten Herzen für die blau-weisse Heimat so hohe Wissenschaft verbinden. Also — an den Arbeitern fehlt's nicht, an zu behandelndem unendlichem Stoffe fehlt es nicht, und ich will hoffen, an dem Entgegenkommen der lieben Münchener in Bezug auf das Kaufen der Zeitschrift soll es auch nicht fehlen. . . . . Ich könnt' und möcht' manches sagen von dem schönen Inhalte des „Jahrbuches" und seiner schönen Ausstattung — aber ich muss mich mit Rücksicht auf den Raum, den dies Referat schon jetzt beansprucht, bescheiden und schliesse darum mit dem herzlichen Wunsche, dass dem Unternehmen ein recht langes und kräftiges Leben beschieden sein möge."

Kennerknecht, Dr., De Argonautarum fabula quae veterum scriptores tradiderint. 1886. 8⁰. 61 S. ℳ —.80.

Linsmayer, A., Der Triumphzug des Germanicus. Eine Studie. ℳ 1.50.

Mayerhofer, Dr. A., Geschichtlich-topographische Studien über das alte Rom. Mit einer Karte. 1887. gr. 8⁰. 115 S. ℳ 2.—.

Monumenta Germaniae Selecta ab anno 768 usque ad annum 1250. Edidit Dr. M. Doeberl. 3. Bdchn.: „Zeit der salischen Kaiser". 1889. gr. 8⁰. 72 S. ℳ 1.30.

Das **„Literarische Centralblatt"** 1889, Nr. 29 sagt: „Die Monumenta Germaniae selecta sollen von 768—1250 geführt werden und diejenigen Aktenstücke (leges, diplomata, epistolae) enthalten, welche für das römisch-deutsche Reich in politischer, kirchenpolitischer und staatsrechtlicher Beziehung von besonderem Belang sind." Mit diesen Worten wird das vorliegende Unternehmen auf dem Umschlag angekündigt. Die noch fehlenden 3 Hefte sollen später erscheinen. Der Herausgeber denkt dann, dass seine Arbeit namentlich in historischen Seminaren benutzt werden solle, und scheint sie Ref. für diesen Zweck auch wohl geeignet, zumal der Preis ein billiger ist. Die

Texte beruhen auf den bisherigen Drucken. Einige Anmerkungen sind beigegeben oder in den Einleitungen zu den einzelnen Stücken zu finden. Die Auswahl ist eine gute.

„Neues Archiv“: „Das zuerst erschienene dritte Heft (Mirbt [illegible] Lindauer) behandelt die salische Epoche, vom Lebensgesetz Konrads II. bis zum Wormser Concordat. Den Texten sind gelegentlich kritische und erläuternde Anmerkungen beigegeben. Handschriftliche Quellen sind nirgends benutzt. Das ganze Werk ist wesentlich für akademische Übungen bestimmt.“

Reinhardstöttner, Dr. Carl v., Theoretisch-praktische Grammatik der italienischen Sprache, speciell für Studierende und Kenner der antiken Sprachen. 2. Aufl. 1880. gr. 8⁰. 224 S. *M.* 3.—.

„Zentral-Organ für das Realschulwesen“ 1880, Heft 9/10: „Die Absicht des Verfassers ist in gedrängter Kürze mit fleissiger Vergleichung und Anwendung des als bekannt vorausgesetzten Lateinischen und Griechischen den Lernenden die Sache anheimelnd und vertraulich zu machen. Dieses hat er wirklich erreicht und das Buch mag im Ganzen für Studenten und Primaner eines Gymnasiums oder einer Realschule — auch das Französische hat er zur Hand — nicht übel sein. Die fortwährenden Zusammenstellungen von lateinischen Perfekt- und Supinformen mit den entsprechenden italienischen, die Sätze aus Cicero, wie fidem habent spectatam u. s. w., machen sich prächtig und müssen Lehrer und Schüler freuen. Die Formenlehre reicht bis Seite 40, die Syntax bis Seite 60. Da, kann man denken, ist der Lehrstoff nicht sehr reich; doch ist die Auswahl leidlich und selten wird man ganz im Stiche gelassen. Einen zweiten Teil des Buches bilden die Übungsstücke, nach den vorhergehenden geordnet und auf dasselbe verweisend, zuletzt freie Aufgaben aus deutschen Schriftstellern bis Seite 113. Die italienischen Lesestücke gleich den Übungsstücken mit Erklärungen und Wörtern unter dem Texte sind neu und gut gewählt.“

Roemer, A., Die exegetischen Scholien der Ilias im Cod. Venet. B. *M.* 4.—.

Sarreiter, Jos., Ludwig Aurbacher (1784—1847). Ein Beitrag zur deutschen Literaturgeschichte. 1880. 8⁰. 61 S. *M.* —.50.

Seger, Dr. Joh., Byzantinische Historiker des zehnten und elften Jahrhunderts. „I. Nikephoros Bryennios.“ Eine philologisch-historische Untersuchung. 1888. gr. 8⁰. 129 S. *M.* 3.—.

Sepp, Prof. Dr., Die Religion der alten Deutschen und ihr Fortbestand in Volkssagen, Aufzügen und Festbräuchen bis zur Gegenwart. Mit durchgreifender Religionsvergleichung. 1890. 8⁰. 419 S. *M.* 6.—.

Sparschuh, Dr. N., Kelten, Griechen, Germanen. Vorhomerische Kulturdenkmäler. Eine Sprachstudie. 1877. 8⁰. [illegible] S. *M.* 10.—.

Wecklein, N., Über die Tradition der Perserkriege. 1876. 8⁰. 76 S. *M.* 1.40.

Druck der Dr. Wild'schen Buchdruckerei (Gebr. Parcus), München.